
יהוה
INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER. FVNDATA MDCCCVII.
Ps. CXIX
169
כדברך
הבינני
JOH. XVII
17.
ὁ λογος
ὁ σος
αληθεια
εστι
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE

BORUSSICAE

CONTINUATA.

LAONICUS CHALCOCONDYLAS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXLIII.

IMMANUELIS BEKKERI
PRAEFATIO.

Laonicus Chalcocondylas ut argumenti peregrini copia et varietate ad legendum allicit, ita lectu ingratus est, emendatu difficilis. cui cum liceret plane et dilucide loqui, eoque uti sermone quo Ducas et Phrantzes usi etiamsi non delectant at intelliguntur, maluit Herodotum aemulari. itaque dum Iunonem captat, a nube adeo decipitur ut saepe ne ipse quidem quid dicere velit nosse videatur. quid quod multis in locis, eluctantium verborum parum compos atque iudicio suo diffidens, unam eandemque rem binis ternisve modis non tam effert quam conatur et experitur efferre? talibus locis quid vis facere criticum? quemne scriptor defugerit vocum et locutionum delectum, eum ad suum arbitrium libidinemque instituat? audax facinus nec cuiquam facile placiturum. relinquat igitur, qualia acceperit, congesta eodem non bene iunctarum discordia semina rerum? relinquet sane taediumque feret.

Quod non tulit b. Hamakerus. is enim cum propter insignem, qua excellebat, litterarum Orientalium scientiam maxime omnium annalibus Turcicis edendis et illustrandis idoneus esse videretur, commissum sibi a Niebuhrio Laonicum non invitus

recepit et variis lectionibus suisque coniecturis ac notis instruere coepit, mox propius cognitum simulque desperatum de manibus deposuit neque attigit amplius, donec fastidio suo immortuus hereditatem molestiae mihi transmisit.

Variae autem, quas memoravi, lectiones tum ex codicibus Regiis a Fabroto collatis petitae sunt, tum ex apographo Tubingensi, cui index

> Νικολάου Χαλκονδύλου ἱστορικόν, ὅθεν τε ἤρξαντο οἱ αὐθένται τῶν Τούρκων καὶ πράξεις αὐτῶν καὶ ἀνδραγαθήματα ἕως τῶν ἀνδραγαθημάτων τοῦ μεγάλου αὐθέντου τοῦ Μεχμέτεω.
>
> studiosi iuvenes, docti et boni, mihi M. Martino Crusio, Tubingae utriusque linguae doctori, amicitiae ergo descriptum, mensibus Martio et Aprili, anno 1575.
>
> exemplar ipsum nimis per se fuit mendosum, et nos de industria sumus id imitati.

utrumque genus non exhauriendum mihi putavi, sed delibandum: nam ubi codex aliquis ταύτη habeat pro ταύτῃ, ubive ἐκ τοῦ εἰκότου legendum proponatur pro ἐκ τοῦ εἰκότως, id vero nosse cuius tandem potest interesse?

Subiungit editio Parisiensis et Annales sultanorum Othmanidarum a Leunclavio Latine versos et eiusdem Pandecten historiae Turcicae; quibus facile careas post Hammerianam imperii Osmanici historiam.

Scrib. Berolini d. 25 Oct. a. 1841.

C. A. FABROTUS LECTORI.

Editioni novae Laonici Chalcocondylae multum accessit, candide lector: *non enim clam te est eos qui priorem curarunt vel inemendatis codicibus usos, vel operarum negligentia bene multa menda in eam irrepsisse. hinc lacunae plures, quas ex Regiis codicibus supplevimus; hinc pleraque corrupte edita, quae fidem meliorum codicum secuti quantum potuit emendavimus. varias etiam lectiones e duobus manu scriptis codicibus excerptas in ora exhibemus, quibus interdum quae in priore editione adscriptae erant confirmantur. et utique tamen laudanda eorum opera qui primi Graeca ex veteribus codicibus Palatinis in lucem protulerunt, quae interpres non ediderat. Ioannes Balthasar Baumbachius, Graecae et Hebraeae linguae professor Heidelbergensis, studium et operam suam impenderat ut emendate Laonicus ederetur. sed id librorum fatum esse videtur, ut in vitiosos codices fere incidant qui primi Graecum vel Latinum auctorem publicant. et qui postea meliores nacti sunt codices, feliciores quidem sunt, minime autem ad rem litterariam iuvandam proniores. de nomine vero auctoris non convenit: nam alii Chalcondylem, alii Chalcocondylem appellant. Regia exemplaria Χαλκοκανδύλην habent tam in libri epigraphe quam p.* CLXXXI d, *ut quo nomine censeri debeat certo definiri non possit propter codicum varietatem. utro autem nomine eum indigitemus, multum laborandum non est.*

Praeterea nova quaedam Graecobarbara occurrunt apud Laonicum et Ducam, quem e tenebris eruit eruditissimus vir Ismael Bullialdus. ea nos glossario adhibito explicuimus, non hinc inde auctorum locis emendicatis, sed fere ex libris ha-

ctenus ineditis prolatis: semper enim curae nobis fuit ut e penu mere nostra depromeremus quod auctori, quem illustrandum suscepimus, inserviret; et certum est, si quando prodierit lexicon Byzantinum, in quo vocabula difficiliora ac Graeco-barbara, quae in omnibus historiae Byzantinae scriptoribus occurrunt, explicabuntur, posse nos accessione nova congeriem illam locupletare. ea de re tamen penes eos, quorum opera lexicon illud in lucem exibit, per me arbitrium esto. verum quidem est, ex quo historiae Byzantinae editioni praeesse coepi, de lexico Byzantino edendo cogitasse, sed nolo viris doctissimis occasionem hanc de re publica litteraria bene merendi praeripere. glossarium hoc nostrum *) *mox sequetur alterum in Constantini Manassis Annales, in quo conscribendo eadem diligentia usus sum qua in caeteris componendis. interim hoc utere, si tanti est, et vale.*

*) Glossarii Fabrotiani pars maior aut Ducam aut chronicon Ducae subiunctum illustrat; quae nunc cum Laonico edi non potuit. Laonici glossae in indice historico reperientur. I. B.

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΑΠΟΔΕΙΞΕΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΔΕΚΑ.

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ *)

ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE

ATHENIENSIS

HISTORIARUM

DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM

LIBER PRIMUS

Conrado Clausero Tigurino Interprete.

Λαονίκῳ Ἀθηναίῳ τῶν κατὰ τὸν βίον οἱ ἐς θέαν τε καὶ ἀκοὴν Par. 1
ἀφιγμένων ἐς ἱστορίαν ξυγγέγραπται τάδε, ὥστε δὴ τοῦτο Ven. 1
χρέως ἐκτιννύναι τῇ φύσει, ἅμα οἰόμενος καὶ μηδὲν αὐτῶν
ἀκλεῶς ἔχειν ἐς τοὺς ἐπιγιγνομένους, ξυνενεχθέντων, ὡς ἐμοὶ
5 δοκεῖ, οὐδαμῇ ἐλασσόνων τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ποτὲ γε-

*) Λαονίκου Χαλκοκανδύλου ἱστορίαι τῶν Ἀγαρηνῶν βασιλέων ἤγουν τῶν Ὀτουμάνων R i. e. codex Regius Paris. 1. ἐς ἐπὶ θέαν vel ἐς ἐπιθέαν libri 3. οἰομένῳ H (i. e. Hamakerus).

Laonicus Atheniensis, quae visu quaeque auditu percepit, cum adhuc in vivis foret, litterarum monumentis mandare statuit, partim quidem ut naturae gratiam debitam referret, partim vero quod putaret nihil non illorum memorabile visum iri posteris. complectitur

νομένων μνήμης ἀξίων. τῆς τε Ἑλλήνων φημὶ τελευτῆς τὰ ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτῶν ἐπισυμβεβηκότα, καὶ Τούρκων ἐπὶ μέγα δυνάμεως καὶ ἐπὶ μέγιστον τῶν πώποτε ἤδη ἀφικομένων. ἀφ' ὧν δὴ τὴν τοῦδε τοῦ βίου εὐδαιμονίαν ἐπὶ τἀναντία φε-
P. 2 ρομένην ἐπιλεγόμενος ἴσχειν αὐτῇ καὶ ἄλλοτε ἄλλως, θέμις 5 ἡγοῦμαι εἶναι περὶ ἀμφοῖν τούτοιν μνήμην ποιεῖσθαι οὐκ ἀεικῆ. ξυγγραφὴν δὲ τήνδε ἀποδεικνύμενοι ἐπιμνησόμεθα καὶ περὶ ἄλλων τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην γενομένων, οὐκ ἀμφὶ τόνδε τὸν ἐπ' ἐμοῦ χρόνον, οἷς τε αὐτὸς παρεγενόμην θεασάμενος, καὶ τἄλλα ἀπό τε τοῦ εἰκότος, μάλιστα δὲ συμ- 10 βαλλόμενος, καὶ ὡς ἔτι παρὰ τῶν τὰ ἀμείνω φρονούντων ἐδόκουν πυθέσθαι περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ᾗ ἂν μάλιστα ἔχοι ὡς ἀσφαλέστατα ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἀληθείας εἰρῆσθαι. μηδὲ ἐκεῖνό γε πάνυ ἐκφαύλως ἔχον ἡμῖν, ὡς Ἑλληνικῇ φωνῇ ταῦτα
B διέξιμεν, ἐπεί ἧγε τῶν Ἑλλήνων φωνὴ πολλαχῇ ἀνὰ τὴν οἰ- 15
V. 2 κουμένην διέσπαρται καὶ συχναῖς ἐγκαταμέμικται. καὶ κλέος μὲν αὐτῇ μέγα τὸ παραυτίκα, μεῖζον δὲ καὶ ἐσαῦθις, ὁπότε δὴ ἀνὰ βασιλείαν οὐ φαύλην Ἕλλην γε αὐτὸς βασιλεὺς καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐσόμενοι βασιλεῖς, οἳ δὴ καὶ οἱ τῶν Ἑλλήνων παῖ-

8. οὐκ delet H 10. εἰκότως P (i. e. editio Parisiensis). quam ubi solam appello, cum ceteris libris consentit.

enim hoc opus, ut mea fert opinio, res gestas fama nequaquam minores illis quae unquam in universo isto terrarum orbe contigisse memorantur. duo autem continet, Graecorum regni interitum, et quae mala in ipsum redundarunt, nec non Turcos, qui brevi in tantas creverunt opes ut opibus et potentia mortales omnes, qui unquam fuere, longo intervallo infra se relinquant. qui quamvis nunc rerum potiantur et praesentis vitae felicitatem conturbent et in diversum abripiant, tamen censeo fore, ut et meum calculum adiiciam, tempus, quo res ipsorum in contrarium vergant. de utrisque tamen, Graecis pariter et Turcis, historiam contexere non arbitror iniucundum fore. historiam autem istam conscribentes faciemus mentionem et aliorum quae in orbe acciderunt, nec tamen meo tempore, ut quibus interfuerim oculatus testis. caetera vero, non secutus verisimiles coniecturas, nec ut acceperim ab his qui magis sapere videbantur, tradam: verum, ut historiae series tuto feratur, ea adducam quae quam proxime ad veritatem accesserint. nec nobis vitio vertatur quod Graeca lingua operi isti adhibetur, si quidem ea hodie per totum quasi orbem est dispersa, et nationibus omnibus fere immixta conspicitur; cuius gloria cum sit excellens, excellentior tamen accedet, quando regno alicubi haud contemnendo praefuerit rex Graecus et qui ex eo nascentur reges, aut quando Graecorum filii in unum collecti pa-

δες ξυλλεγόμενοι κατὰ σφῶν αὐτῶν ἔθιμα ὡς ἥδιστα μὲν σφίσιν αὐτοῖς, τοῖς δὲ ἄλλοις ὡς κράτιστα πολιτεύοιντο.

Ἕλληνες μὲν οὖν ὅσα ἀποδεικνύμενοι ἔργα μεγάλα τε καὶ περιφανῆ ἐπὶ μέγα ἀφίκοντο κλέος κατά τε ἄλλα καὶ 5 Εὐρώπην καὶ δὴ καὶ Λιβύην, ἐπὶ Γάγγην τε καὶ Ὠκεανὸν καὶ ἐπὶ Καύκασον ἔτι ἐλαύνοντες, ἐπὶ ταῦτα δὲ προεληλυθότων ἄλλων τε πολλῶν καὶ δὴ καὶ Ἡρακλέους καὶ ἔτι πρότερον Διονύσου τοῦ Σεμέλης υἱέος, καὶ πρός γε ἔτι Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων, μετὰ δὲ ταῦτα Μακεδόνων τοῦ βα- C 10 σιλέως καὶ τὴν τούτου ὕστερον ἡγεμονίαν ἐχόντων, πολλοὶ πολλαχῇ ἕκαστα, ὡς ἐγένοντο, ἄλλοι ἐπιμνησάμενοι καὶ συνεγράψαντο. Ἕλληνες μὲν οὖν ταῦτα διεπράττοντο ἐπὶ πολὺ ὡς μάλιστα τοῦ χρόνου διαγενόμενοι καὶ ἐπὶ συχνὰς γενεὰς τύχην ἀρετῆς ἐνδεᾶ σχόντες ἁπανταχοῦ, ξύμμετρον δὲ οὐδα- 15 μοῦ. ἐπὶ τούτων τε γὰρ πολλαχῇ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην εὐδαιμονούντων, Ἀσσυρίους μὲν τὸ παλαιότατον ἐπυθόμεθα, ἀκοῆς ἐπὶ τὸ μνήμης μακρότατον ἀφικόμενοι, ἐπὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν προεληλυθέναι, μετὰ δὲ ταῦτα Μήδους ἐς τοῦτο καθισταμένους ἡγησαμένου Σαρβάρεω τοῦ Σαρδαναπάλου Ἀσ- D 20 συρίων βασιλέως τὴν ἡγεμονίαν ἀφελομένου, ὕστερον ὑπὸ Περσῶν τὴν βασιλείαν ἀποβαλεῖν ἡγουμένου Κύρου τοῦ Καμβύσεω, καὶ Πέρσας τὸ ἀπὸ τοῦδε ἐπὶ μέγα χωρῆσαι δυνά-

10. καὶ τῶν τὴν?

trio more res publicas sibi quam iucundissime administraverint, reliquis vero quam potentissime imperaverint.

Graeci quidem praeclaris facinoribus editis quo pacto ingentem sibi pepererint gloriam, et quemadmodum inter caetera etiam in Europam Libyamque venerint, Gangen Oceanumque adierint, cum ad ista loca processerint alii plurimi, quos inter Hercules et ante hunc Bacchus Semeles filius, praeterea Lacedemonii et Athenienses, postea Macedonum rex eiusque successores, et quo ordine singula haec gesta sunt, plurimi annalibus condiderunt. Graeci autem praecipue hunc laborem sibi delegerunt, quia prae ceteris tempore longiore durarunt, fortunamque virtute vacuam, nunquam tamen moderatam plurimis generationibus obtinuerunt. his praeterea per totum orbem prospero rerum successu utentibus, comperio Assyrios, gentem antiquissimam, memoriam sui facientes longissimam, Asiae imperium occupasse. dein Medos ad Asiae imperium subvectos, duce Sarbaro (quem Iustinus Arbactum et Arbacen vocat) Sardanapalum Assyriorum regem regno deturbantes. sed Asiae monarchiam tandem amiserunt, victi a Cyro Persarum rege. at hinc Persarum reges adeo in immensum aucti sunt ut etiam in Europam traiecerint. deinde haud

μεως, τά τε ἄλλα καὶ ἐς Εὐρώπην διαβάντας. μετὰ δὲ ταῦτα ὕστερον οὐ πολλαῖς γενεαῖς Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, Μακεδόνων βασιλέα, Πέρσας ἀφελόμενον τὴν ἡγεμονίαν καὶ Ἰνδοὺς καταστρεψάμενον καὶ Λιβύης μοῖραν οὐκ ὀλίγην, πρὸς δὲ καὶ Εὐρώπης, τοῖς μεθ' ἑαυτὸν τὴν βασιλείαν καταλιπεῖν, 5 ἐς ὃ δὴ Ῥωμαίους ἐπὶ τὴν τῆς οἰκουμένης μεγίστην ἀρχὴν P. 3 ἀφικομένους, ἰσοτάλαντον ἔχοντας τύχην τῇ ἀρετῇ, ἐπιτρέψαντας Ῥώμην τῷ μεγίστῳ αὐτῶν ἀρχιερεῖ καὶ διαβάντας ἐς Θρᾴκην ὑφηγουμένου ἐπὶ τάδε τοῦ βασιλέως, καὶ Θρᾴκης ἐπὶ χώραν ἥτις ἐς τὴν Ἀσίαν ἐγγυτάτω οἰκεῖται, Βυζάντιον Ἑλ- 10 ληνίδα πόλιν μητρόπολιν σφῶν ἀποδεικνύντας, πρὸς Πέρσας, ὑφ' ὧν ἀνήκεστα ἐπεπόνθεισαν, τὸν ἀγῶνα ποιεῖσθαι, Ἕλληνάς τε τὸ ἀπὸ τοῦδε Ῥωμαίοις αὐτοῦ ἐπιμιγνύντας, γλῶτταν μὲν καὶ ἤθη διὰ τὸ πολλῷ πλέονας Ῥωμαίων Ἕλληνας αὐτοῦ ἐπικρατεῖν διὰ τέλους φυλάξαι, τοὔνομα μέντοι μηκέτι κατὰ 15 τὸ πάτριον καλουμένους ἀλλάξασθαι, καὶ τούς γε βασιλεῖς B Βυζαντίου ἐπὶ τῷ σφᾶς αὐτοὺς Ῥωμαίων βασιλεῖς τε καὶ αὐτοκράτορας σεμνύνεσθαι ἀποκαλεῖν, Ἑλλήνων δὲ βασιλεῖς οὐκέτι οὐδαμῇ ἀξιοῦν. τοὺς μέντοι Ῥωμαίους ἐπυθόμεθα καὶ αὐτῶν ἀρχιερέα τὸν μέγιστον, οὐκ ὀλίγα ἄττα κατὰ τὴν 20 θρησκείαν ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν διενεχθέντας, διακεκρίσθαι τά τε ἄλλα ἀφ' Ἑλλήνων, καὶ δὴ καὶ βασιλέα Ῥωμαίων ἐπιψηφιζομένους, ὁτὲ μὲν ἀπὸ Γαλατῶν ὁ τὲ δὲ ἀπὸ Γερμανῶν,

1. διαβάντες P: corr H 10. ῴκεῖται P. quae ita solet 14. διὰ] τὰ P

multis saeculis post Alexander Macedonum rex, erepta Persis Asiae monarchia, Indis devictis, Europae Asiaeque parte haud poenitenda debellata, suis reliquit imperium. exinde Romani cum essent nacti imperium in orbe longe lateque maximum, tenentes fortunam virtuti aequilibrem, commiserunt Romam pontifici maximo. ipsi vero ductu Caesaris transierunt in Thraciam; et in ea regione ubi Asiae proxima est, Byzantium urbem Graecam, (quae nunc Constantinopolis est) Thraciae metropolim constituentes, cum Persis, a quibus gravissime adfligebantur, plurima praelia fecerunt. Graeci autem ex eo tempore Romanis commixti, cum his aliquanto plures numero essent, linguam suam patriosque mores ad finem usque constanter retinuerunt. nec tamen patrium nomen ipsis remansit, verum mutatum est: nam Byzantii reges non amplius istud nomen gestaverunt, sed magna cum veneratione se ipsi Romanos imperatores et Caesares, nec Graecorum reges, nuncupaverunt. Romanos quidem accepimus, et ipsorum pontificem maximum, cum longo tempore concertassent cum Graecis in Christianae religionis quibusdam articulis, tandem a Graecis defe-

ἐς τόνδε ἀεὶ τὸν χρόνον ἀποδεικνύναι· διαπρεσβεύεσθαι δὲ ἀεὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, οὐκ ἔστιν ὅτε διαλείποντας, ὥστε τὰ ἐς θρησκείαν σφίσι ξύμφωνά τε καὶ ξυνῳδὰ καταστῆσαι ἀλλήλοις, κατὰ ταὐτὸ ξυνιόντας. καὶ μέντοι Ἕλληνας μὴ ἐθελῆ-5σαι Ῥωμαίοις διὰ χρόνου συμφερομένους τὰ πάτρια σφίσι C καθεστῶτα συγχέαι. καὶ ἀπὸ ταύτης δὴ τῆς διαφορᾶς συ- V. 3 χνούς τε τῶν ἑσπερίων καὶ δὴ καὶ Ἐνετοὺς, ἐνάγοντος ἐπὶ τάδε τοῦ Ῥωμαίων ἀρχιερέως, στόλῳ στρατεύεσθαι μεγάλῳ ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἐπιόντας ἐς τὸ Βυζάντιον ἀφικέσθαι 10καὶ τὴν πόλιν κατὰ κράτος ἑλεῖν. βασιλέα τε Βυζαντίου καὶ Ἑλλήνων τοὺς ἀρίστους οἴχεσθαι διαβάντας ἐς τὴν Ἀσίαν, ἀφικομένους δὲ ἀποδεικνύναι σφίσι Νίκαιαν τὴν Ἑλληνίδα πόλιν, τὰ βασίλεια ἐν αὐτῇ ποιουμένους. μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον ἀπολαβεῖν τε αὖθις Βυζάντιον, κρύφα 15εἰσεληλυθότας ἐς τὴν πόλιν, καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην αὖ διαβάν- D τας διαγενέσθαι ἐν αὐτῇ βασιλεύοντας. βασιλέα δὲ Ἑλλήνων μετὰ ταῦτα Ἰωάννην ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἤδη αἰσθόμενον τὰ Ἑλλήνων πράγματα, λαβόντα τε τοὺς Βυζαντίου ἀρχιερεῖς καὶ Ἑλλήνων τοὺς ἐλλογίμους, διαπλεῦσαι ἀπιόντα ἐς Ἰτα-20λίαν, ἔς γε τὸν ἀπὸ Τούρκων ἐπηρτημένον οἱ κίνδυνον ἐπικουρίαν οἰόμενος οἴσεσθαι, ἢν ἐκείνοις τὰ κατὰ τὴν θρησκείαν

5. συμφερομένοις P 10. καὶ Βυζαντίου τὴν P 21. οἰόμενον?

cisse. Romanum autem Caesarem nunc e Gallis nunc e Germanis eligentes, legatos, nullam prorsus occasionem omittentes, miserunt ad Graecos, ut convenientes in unum conciliumque concelebrantes concordiam, quantum ad Christianam religionem attinet, inter sese conglutinarent. at Graeci noluerunt, cum plurimis annis adversus Romanos contentiones movissent, patrium religionis suae cultum perturbari. hac dissidii causa permoti Occidentalium plurimi, adiunctis etiam Venetis, pontifice maximo sic instigante, decreverunt classe maxime magna proficisci adversus Graecos. appellentes igitur Byzantium urbem vi ceperunt. rex autem Byzantius cum Graecorum optimatibus fugam iniens contulit se in Asiam. quo cum venissent, elegere Nicaeam urbem Graecam, eamque regni sedem declararunt. cum anni intercessissent pauci, Byzantium recuperarunt, cum quam maxime occulte in eam se recepissent. reversi igitur Byzantium, relicta Asia, regni gubernacula diu tenuerunt. tandem Graecorum rex Ioannes, intelligens Graecorum res in summo periculo quasi inter malleum et incudem versari, adsumptis Byzantii episcopis necnon Graecorum doctis, conscendit navem et in Italiam profectus est, existimans, si convenissent cum Romanis in negotio religionis, se hos auxiliares habiturum ad bellum iam haud dubie a Turcis imminens.

ξυμβῇ. γενόμενον δὲ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ κοινωνησάμενόν τῷ Ῥωμαίων ἀρχιερεῖ τὴν περὶ τὴν θρησκείαν διαφοράν, εἰς διάλεξιν μὲν πρῶτον καταστῆναι πολυπραγμονοῦντας, τελευτῶντα δὲ ξυμβῆναι αὐτῷ ἅμα τοῖς Ἕλλησι τὰ κατὰ τὴν διαφορὰν σφίσιν ξυνῳδὰ ἀποδεικνυμένους καὶ τὴν διαφορὰν 5 σφίσι διαλυομένους, ἐπικουρίας δὲ τυχόντα ἐν μέρει ἀποκομίζεσθαι αὖθις ἐπὶ Βυζαντίου. τοὺς μέντοι Ἕλληνας ἐπ' οἴκου γενομένους μὴ ἐμμεῖναι τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν συνόδοις πεπραγμένοις, ἀξιοῦντας σφίσι μηδαμῇ εὐαγὲς εἶναι Ῥωμαίοις, ὡς δὴ μὴ αἴσια διισχυριζομένοις, συντίθεσθαι τὸ παράπαν, καὶ οὕτω διάφορα διὰ τέλους γενέσθαι Ἕλλησι τὰ 10 πρὸς Ῥωμαίους.

Ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτόν μοι ἀποχρώντως ἔχοντα ἐπιδεδείχθω περί τε τῆς Ἑλλήνων βασιλείας καὶ τῆς ἐς Ῥωμαίους ἐχούσης αὐτῶν διαφορᾶς, ὡς δὴ οὐκ ὀρθῶς τά γε ἐς βασι- 15 λείαν καὶ ἐς τοὔνομα αὐτῷ προσηγορεύετο τούτοις. παραγενόμενος μὲν οὖν αὐτὸς ἔγωγε ἐπὶ τόνδε τὸν βίον κατέλαβον Ἑλληνάς τε καὶ Ἑλλήνων βασιλέα ὑπό τε τῶν ἐν Θρᾴκῃ γενῶν πρῶτα, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ὑπ' αὐτῶν γε δὴ τῶν βαρβάρων τῆς ἄλλης ἀρχῆς ἀπεληλαμένους, ἀρχὴν τήνδε βρα- 20 χεῖάν τινα περιέπειν, Βυζάντιον καὶ Βυζαντίου τὴν κάτω παραλίαν ἄχρις Ἡρακλείας πόλεως, κατὰ δὲ Εὔξεινον πόντον

P. 4 (margin, line 5); B (margin, line 15)

8. συνόδῳ?

cum autem ad colloquium venisset cum pontifice Romano Eugenio tum quarto super religionis controversia, disputatio cum magna altercatione utrinque exorta est. postremo eo res deducta est ut Graeci pariter et Romani in religionis negotio consentirent, discordiaque omnis quam longissime submoveretur. rex igitur Graecorum auxilii a Romanis aliquantulum nactus domum rediit. Graeci reversi Byzantium acta edocent eos qui domi manserant; qui quidem noluerunt stare his quae acta erant in Italiae synodis, putantes sibi neutiquam fas esse, consensum praestare Romanis nefaria asserentibus. hinc perpetuo discordiam fovisse Graecos in negotio religionis adversus Romanos constat.

Haec quidem hactenus, quantum praesenti historiae conducere videtur, de Graecorum regno et continua horum dissensione adversus Romanos dixisse sufficiat. itaque tum regnum ipsorum tum nomen non recte appellatum est. ego igitur cum attigissem haec tempora, animadverti Graecos horumque regnum primo sub Thracibus extitisse; postea reliquo regno a barbaris exutos parvum quoddam regnum gubernasse, videlicet Byzantinum, Byzantiique maritimam regionem inferiorem, Heracleam urbem usque, et iuxta Euxinum Pontum maritimam regionem superiorem, usque ad urbem Mesembriam, praeter-

τὴν ἄνω παραλίαν ἄχρι Μεσημβρίας πόλεως, Πελοπόννησόν
τε αὖ ξύμπασαν πλὴν ἢ τριῶν ἢ τεττάρων πόλεων τῶν Ἑνε-
τῶν, ὡσαύτως Λῆμνον Ἴμβρον καὶ νήσους τὰς αὐτοῦ ταύτῃ C
ἐν τῷ Αἰγαίῳ ᾠκημένας. ὡς οὖν ἕκαστα τούτων ξυνέβη γε-
5 νέσθαι, ὡς τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα κατὰ βραχὺ ἀπώλετο
φθειρόμενα ὑπὸ Τούρκων, καὶ ὡς τὰ ἐκείνων μεγάλα ἐγέ-
νετο, ἐς μέγα ἀεὶ ἐς τόνδε τὸν χρόνον ἰόντα εὐδαιμονίας,
ἐπιμνησόμεθα ἐπεξιόντες, ἐφ' ὅσον δὴ ἐς τὸ ἀκριβέστερον
ἐπυθόμεθα.

10 Τούρκους δὴ οὖν ἔγωγε οὐκ οἶδ' ὅ τι ἂν καλέσαιμι κα-
τὰ τὸ παλαιόν, ὥστε τἀληθοῦς μὴ διαμαρτεῖν. οἱ μὲν γὰρ
Σκυθῶν ἀπογόνους τοὺς Τούρκους οἴονται εἶναι, ὀρθότερον
δὴ συμβαλλόμενοι περὶ αὐτῶν διὰ τὸ ἐς ἤθη οὐ πολὺ διε-
στηκότα καθισταμένους γλώττῃ σύνεγγυς μάλα διαχρῆσθαι D
15 ἔτι καὶ νῦν τῇ αὐτῇ. Σκύθας τε γάρ φασι τὸ ἕβδομον ἤδη
ἀπὸ Ταναΐδος ὡρμημένους καταστρέφεσθαι τὴν ἄνω Ἀσίαν,
Πάρθων τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων, τήν τε Περσῶν χώραν καὶ
Μήδων καὶ Ἀσσυρίων, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπικαταβάντας ἐς τὴν V. 4
κάτω Ἀσίαν, ἐπὶ Φρυγίαν Λυδίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, τὰ
20 ἐς τήνδε τὴν χώραν ὑποχείρια σφίσι ποιήσασθαι. καὶ νῦν
ἔστιν ἰδεῖν, ᾗ λέγουσι, πολλὰ τοῦ γένους τούτου πολλαχῇ τῆς
Ἀσίας ἐπινεμόμενα, πρὸς Σκυθῶν τῶν νομάδων. ἤθη τε καὶ

4. ᾠκιμένας T, κειμένας H

ea Peloponnesum omnem, extra tres aut quattuor Venetorum urbes, ad haec Lemnum et Imbrum insulasque ibi in mari Aegeo sitas. ut autem singula haec contigerint, ut Graecorum res paulatim interierint a Turcis accisae, ut Turcorum res usque incrementum sumpserint, ut iidem ad maximam pervenerint felicitatem usque ad praesens tempus, singula haec explicabimus, quam exactissime et verissime audivimus.

Turcos ego nescio quodnam antiquitus nomen tenuisse dicam, ne a vero aberrare videar. quidam putant eos a Scythis, quos Tartaros nominant, originem trahere, non malam secuti coniecturam, videlicet quod moribus haud multum inter se differant, linguaque utantur etiamnum non multum dissimili. aiunt enim Scythas septimum iam a Tanai progressos Asiam superiorem devastasse, Parthis ea tempestate rerum summa potientibus necnon Persarum Medorum Assyriorumque regiones tenentibus. hinc inferiore quoque Asia peragrata Phrygiam Lydiam et Cappadociam suo imperio adiecisse. etiam nunc videre est, ut fertur, plurimos istius generis homines ubique per Asiam dispersos, moribus et victus ratione referentes Scythas nomades (quos pastores sive armentarios non absurde dicas) nullibi in Asia certas et fixas habentes sedes. illi et alia coniectura ducun-

δίαιταν τετραμμένα, οὐδαμῇ τῆς Ἀσίας ἔχοντα καταφανῆ τὴν διατριβήν. κἀκείνῃ δὲ ἔτι συμβάλλονται ὡς Ἀσίας τὴν κάτω P. 5 χώραν ἐνοικοῦντα βάρβαρα ἔθνη Τούρκων, Λυδίαν Καρίαν Φρυγίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Σκύθαις τὴν ἀπὸ Ταναΐδος ἐπὶ Σαρματίαν χώραν ἐπινεμομένοις ὁμόγλωττά τέ ἐστι καὶ 5 ὁμόσκευα. ἔνιοι δὲ Πάρθων ἀπογόνους Τούρκους φασὶν εἶναι· τούτους γὰρ ὑπὸ Σκυθῶν τῶν νομάδων διωκομένους ἐς τὴν κάτω Ἀσίαν ἐπικαταβῆναι, καὶ ἐς τὸ νομαδικώτερον ἀποκλίναντας σκεδασθῆναι ταύτῃ ἀνὰ τὰς πόλεις, καὶ ἀπὸ τούτου ὡς δὴ νομάδας Τούρκους τὸ γένος τοῦτο καλεῖσθαι. ἄλ- 10 λοι δέ φασιν ἀπὸ Τούρκης τῶν Περσῶν πόλεως μεγάλης τε καὶ εὐδαίμονος προελθεῖν τε τὸ γένος τοῦτο διισχυρίζονται, B καὶ εἰς τὴν κάτω χώραν τῆς Ἀσίας ἀπαλλαττομένους σκεδασθῆναι ταύτῃ ἀνὰ τὴν Ἀσίαν, ἐπικατασχόντας τὴν χώραν. εἰσὶ δὲ οἳ βούλονται Τούρκους ἀπὸ Συρίας μᾶλλον τῆς κοίλης 15 καὶ Ἀραβίας ἢ ἀπὸ Σκυθῶν ἐπὶ τήνδε τὴν χώραν ἀφικομένους μετὰ Ὀμάρεω τοῦ τὴν νομοθεσίαν διαδεξαμένου ἐπὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν προεληλυθέναι, καὶ ταύτῃ αὐτοῦ καταλειφθέντας ἐς το νομαδικώτερον ἀποκλῖναι. ὡς μὲν οὖν τούτων ἕκαστα ἔχει ἀληθείας, καὶ ἐφ' ἃ δέῃ τούτων χωροῦντας πυθέ- 20 σθαι ἄμεινον, οὐκ ἔχω ξυμβαλέσθαι ὡς ἀσφαλέστατα. το-

1. τετραμμένα et ἔχοντα H, τετραμμένην et ἔσχον P

tur, qua confirmare nituntur Turcos Scytharum esse progeniem, quod inferioris Asiae regionem gentes Turcorum barbarae incolant, Lydiam Cariam Phrygiam et Cappadociam, qui lingua et reliquo quotidianae vitae usu nihil discriminis habere cognoscuntur a Scythis agentibus in ea regione, quae inter Tanaim et Sarmatiam excurrit. sunt qui existiment Turcos e Parthorum progenie descendere. hos enim, cum persecutionem hostilem a Scythis vagis, qui nomades dicuntur a permutandis pabulis, paterentur, in inferioris Asiae regionem contendisse constat. cumque et ipsi vagi incertis sedibus, mapalia sua plaustris circumferentes, eo loci versarentur, per eas urbes esse disseminatos tandem apparet. exinde istud hominum genus contigit Turcos, quasi nomades, vocitari. alii ex Turca, Persarum urbe magna et opulenta, hoc hominum genus progressum esse tradunt; et hinc profectos Asiae inferioris regionem tandem in suam dicionem redegisse totam perhibent. sunt quibus magis placeat Turcos ex Coelesyria et Arabia vel ex Scythia in istam regionem, habentes secum legislatorem Homarem sive Omarem, delatos esse, Asiaeque imperium tandem obtinuisse, viventes instar nomadum. an autem commemoratae sententiae singulae veritatem complectantur, aut cui earum quis accedere tuto ausit, nequeo quam tutissime et verissime pronuntiare.

σόνδε μέντοι εἰρήσεται, ὡς τοῖς ἀπὸ Σκυθῶν γενέσθαι τὴν C ἀρχὴν τούτοις διισχυριζομένοις ἔχοι ἄν τις συμφέρεσθαι ἄμεινον διὰ τὸ Σκύθας τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ πρὸς ἕω ἔτι καὶ νῦν διαγενομένους κατὰ τὴν ἀγορὰν καλουμένην τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ 5 Τούρκων ἐπαΐειν οὐ χαλεπῶς, διαίτῃ τε καὶ σκευῇ ἔτι καὶ νῦν τῇ αὐτῇ ἄμφω τὼ γένεε διαχρωμένους, διὰ τὸ Σκύθας ἐπικρατῆσαι ἁπανταχῇ τῆς Ἀσίας. δηλοῖ δὲ καὶ τοὔνομα αὐτὸ τὸν νομαδικὴν δίαιταν προῃρημένον καὶ τὸν ταύτῃ τοῦ βίου πλέον αὐτῷ ποιούμενον.

10 Τὸ δὴ γένος τοῦτο τοὺς Τούρκους μέγα τε ὂν καὶ ἐπὶ πολὺ διῆκον ἐς μοίρας ἐπίσταμαι διακεκρίσθαι τινάς, ἄλλως τε δὴ καὶ Ὀγουζίων τὴν μοῖραν, γένος οὐ φαῦλον οὐδὲ ἀγεν- D νές. ἀπὸ τούτων δὲ τῶν Ὀγουζίων γενέσθαι Ἰουδουζάλπην ἄνδρα ἐπιεικῆ τε καὶ τῆς τῶν Ὀγουζίων μοίρας ἡγησάμενον. V. 5 15 τοῦτον δὲ ἐπ' ἀρετῇ εὐφημούμενον ἀπομνημονεύουσι δικαιότατόν τε ἅμα γεγονέναι, καὶ τοῖς Ὀγουζίοις διαιτητὴν καταστάντα ἑλομένοις δικάσαι σφίσιν αὐτοῖς δίκην ἥντινοῦν, ὁπότε ἐπιδικάσαιτο τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, ἀπαλλάττεσθαι ἀγαπῶντας ἑκατέρους οἷς ἂν ἐπιδικάσαιτο. καὶ τοῦτό φασιν ἐνιδόν- 20 τας αὐτῷ τοὺς Ὀγουζίους, διαπραξαμένους πρὸς τὸν τῆς χώρας βασιλεύοντα, ἐπιστῆσαι σφίσιν αὐτοῖς τὸν Ἰουδουζάλπην δικαστήν, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιτρέψαι σφᾶς αὐτῷ διαθεῖναι ᾗ P. 6

8. τὸν] τὴν P 13. ἀλλῃζίων R 18. ἐπιδικάσαιτο P

mihi tamen probabilius videtur assensum praestare illis qui Turcorum originem in Scythas referunt, cum manifestum sit Scythis, qui adhuc hodie in Europa Orientem versus aetatem agunt, optime convenire cum Turcis in foro emporiis, et commerciis. victus et reliquus vitae usus etiamnum utrisque par est, quia Scythae universae imperitaverunt Asiae. idem etiam insinuat nomen Turcorum: significat enim hominem qui agrestiorem victus rationem sequitur instar nomadum, et maximam vitae partem in eo consumit.

Genus hoc Turcorum cum esset magnum et in immensum auctum, compertum habeo in partes sive tribus quasdam esse divisum; inter quas fuisse tribum Oguziorum, hominum genus nec malum nec imbelle. ex his natus est Duzalpes, vir aequi iustique studiosissimus, Oguziorum dux. hunc accipio ob fortitudinem suam plurimum esse laudatum, tantaeque fuisse iustitiae (Oguziis namque ius dicebat) ut litigantes ipsum eligerent arbitrum in re qualibet; sententiamque quam ferebat, utraque pars laeta accipiebat. hanc viri aequitatem deprehendentes Oguzii impetrarunt, precibus fatigantes regionis istius regem, (qui tum erat Aladines nomine) ut eum acciperent sibi iudicem. quod ubi contigit, se ipsi tradiderunt Duzalpi, ut secum age-

ἂν αὐτῷ δοκοίη ἐπὶ τὸ ἄμεινον. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν τούτου παῖδα Ὀγουζάλπη διαδεξάμενον τὴν ἀρχὴν τῆς Ὀγουζίων μοίρας ἐπὶ τὸ τυραννικώτερον ἐξηγήσασθαι, πρός τε τοὺς Ἕλληνας πολεμοῦντα κατὰ τὴν Ἀσίαν μέγα εὐδοκιμῆσαι. Ὀρθογρούλη δὲ Ὀγουζάλπεω παῖδα, δραστήριόν τε ἐς τὰ 5 πάντα γενόμενον καὶ ἐπὶ πολέμους ἡγησάμενον, ἄλλῃ τε πολλαχῇ εὐδοκιμῆσαι, καὶ δὴ καὶ πλοῖα ναυπηγησάμενον ἐπιληστεύειν, νήσους ἐπιπλέοντα τὰς ἐν τῷ Αἰγαίῳ τῇ τε Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ ἐπικειμένας, καί τήν τε Εὐρώπην πορθοῦντα, B τά τε ἄλλα καὶ ἐς Ταίαρον ἐμβάντα ποταμὸν τὸν κατὰ τὴν 10 Αἶνον ἐπὶ πολὺ τοῦ ποταμοῦ σὺν ταῖς ναυσὶ προελθεῖν. λέγεται δὲ αὐτὸν καὶ ἄλλῃ τε πολλαχῇ τῆς Εὐρώπης ἀποβάσεις ποιήσασθαι, καὶ ἐπὶ Πελοπόννησον ἀφικόμενον καὶ ἐπὶ Εὔβοιαν καὶ Ἀττικὴν τήν τε χώραν δῃῶσαι, καὶ ἀνδράποδα ὡς πλεῖστα ἀπενεγκάμενον μεγάλα κερδᾶναι. Ὀρθογρούλη δὲ 15 τοῦτον μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Ἀσίᾳ τραπόμενόν φασιν ἐπὶ διαρπαγῇ τῆς περιοικίδος χώρας ἐπεξιέναι τε καὶ ἀπὸ τούτου ὁρμώμενον ξυναγεῖραί τε στράτευμα, καὶ ἐπιόντα καταστρέ- C φεσθαι τούς τε ὁμόρους Ἕλληνας καὶ τοὺς ταύτῃ σφίσιν αὐτῶν περιοίκους, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ληιζόμενον τοὺς [δὲ] ἐπι- 20 σπομένους αὐτῷ ἐν βραχεῖ δὴ ὀλβίους ἀποδεικνύναι, καὶ οὕτω δὴ συχνοὺς τῶν νομάδων ἐπιγενομένους αὐτῷ συμπολε-

8. ἐπιπλέοντας ἐν P

ret secundum quod existimaret res Oguziorum optime habituras. deinde cum filius huius nomine Oguzalpes (qui et Aguzalpes) imperium Oguziorum tribus sibi vendicasset, ad tyrannidem adspiravit; armaque infesta Graecis inferendo, brevi in Asia ad maximam claritatem accessit. praeterea Orthogules Oguzalpis filius, cum manu esset promptissimus, armis multos populos lacessens gloriam magnam ubique adeptus est; classem quoque paravit, qua fretus hostili animo navigavit ad insulas in Aegaeo e regione Asiae Europaeque sitas. etiam Europam populatus est. hinc (1298) navibus in flumen Taenarum iuxta Aenum urbem deductis ad multam fluminis partem processit. ferunt hunc et in aliis locis irrupisse in Europam. tandem ingressus Peloponnesum Euboeam et Atticam fecit cladem maximam, regionibus devastatis; reversusque domum, praeda mancipiisque oneratus, maximas hinc sibi conflavit opes. aiunt Orthugulem hunc in Asia morantem praedas ex finitimis gentibus egisse, rebusque pulchre succedentibus exercitum conscripsisse. exercitu igitur satis valido munitus finitimos Graecos domuit, reliquos depraedatus est. et cum alii metu perculsi imperium acciperent, brevi suis maximarum opum auctor fuit. deinde cum quotidie nomades plurimi ad ipsum conflue-

μῆσαί τε αὐτῷ ἅμα καὶ συνδιενέγκαι τὸν πόλεμον ἐπὶ τοὺς ὁμόρους, καὶ ταχὺ δὲ οὕτως ἐπὶ ἀρχὴν παρεληλυθέναι οὐ φαύλην. διὰ δὴ ταῦτα καὶ παρὰ Ἀλαδίνῃ μέγα εὐδοκιμῆσαι. ἔνιοι δέ φασιν Ὀγουζίων τὴν μοῖραν ἡγουμένου Ὀρθογρού-5λεω, χωρία ἐρυμνὰ περὶ τὸν Ταῦρον καταλαβόντα, ἐπὶ τῆς ταύτῃ ὁμόρου χώρας καταστροφῇ ἐντεῦθεν ὁρμῆσθαι, καὶ τούς γε Ἑλλήνων περιοίκους ἄγειν, καὶ ἐπὶ μέγα χωρῆσαι D δυνάμεως.

Ὡς μὲν οὖν ἀρχὴν ἔσχε τούτοις τὰ πράγματα, καὶ ὡς 10ταύτῃ ἢ ἄλλῃ ἐγένετο, οὐκ ἂν οὕτω ῥᾳδίως εἰπεῖν ἔχοιμι, ὑπὸ πολλῶν μέντοι λεγόμενα ταῦτα [δὲ] ἐς τοσοῦτον ἐπιμνησάμενος παρίημι· ὡς δὲ Ὀτουμανίδαι τῆς Ὀγουζίων μοίρας ἐπὶ τήνδε ἀφίκοντο τὴν ἀρχήν, ὧδε γενέσθαι ἐπυθόμην. ἔστι Σογούτη παρὰ Μυσίαν κώμη οὕτω καλουμένη εὐδαίμων, καὶ 15ποταμὸς παρ' αὐτῇ οὕτω καλούμενος. διέχει δὲ ἀπὸ θαλάττης τῆς τοῦ Εὐξείνου πόντου σταδίους ὡσεὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίους· καλοῖτο δ' ἂν αὐτὴ Ἰτέας κώμη. ἐς ταύτην δὲ τὴν χώραν ἀφικομένους τοὺς Ὀγουζίους ἐνοικῆσαι ἐπί τινα χρόνον. Ὀτουμάνον δὲ τὸν Ὀρθογρούλεω παῖδα, οὐ πάνυ τι P. 7 20εὖ πράττοντα τὴν ἀρχήν, γενέσθαι τήν τε ψυχὴν ἐλευθεριώ-

9. Πῶς? 12. Ὀτουμανίδας P 17. Ἰταίας P: cf. Hammer Gesch. des Osman. Reiches I. p. 573. 19. τοι P, ut solet post πάνυ et σχεδόν.

rent et in belli societatem adversus finitimos admitterentur, tandem mirum in modum imperii sui pomoeria promoverunt. propter res fortiter gestas etiam Aladinae carus acceptusque erat. sunt qui literarum monumentis scriptum reliquere, Ogusiorum tribum auspiciis ductuque Orthogulis loca iuxta Taurum munita occupasse, et hinc armis instructos procurrentes finitimam regionem subiugasse, Graecos eius regionis accolas devicisse, suoque imperio maxima adiecisse incrementa.

Quae autem horum ab initio fuerit condicio, ad haec, verane sint an falsa quae de ipsis modo exposuimus, non facile affirmare ausim, quamvis plurimi scriptores ea commemorarint. proinde, cum ea hactenus ab origine repetierim, nunc amplius de his verba facere supersedeo. quantum vero attinet ad Otomanidas, ex familia Oguziorum ortos, ut ad clarissimum hoc imperium evaserint, nunc explanare instituo. vicus est iuxta Mysiam, quem Sogutam incolae vocant, ubi est et fluvius eiusdem nominis. vicus ille rerum omnium adfluentia pollet, remotus a mari Euxino ducentis quinquaginta stadiis. potest idem locus Iteae vicus nominari. in hanc regionem cum Oguzii penetrassent, ibi aliquanto tempore habitarunt. Otomanus autem, Orthogulis filius, initio non admodum secundis agebatur for-

τατων, καὶ τοὺς ἐν τῇ κώμῃ φιλοφρονούμενον ἐκ τῶν προσόντων ὡς οἷόν τ' ἦν μάλιστα αὐτῷ τούς τε ἐν τῇ κώμῃ ἀνακτήσασθαι, ὥστε διαφορᾶς σφίσι πρὸς τοὺς Ἑλλήνων αὐτῶν περιοίκους γενομένης ἡγεῖσθαι κελεύειν τοὺς ἐν τῇ πόλει Ὀτουμάνον τὸν Ὀρθογρούλεω· καὶ μαχεσάμενον τρέψασθαί 5 τε τοὺς ταύτῃ Ἕλληνας, καὶ ἀπὸ τούτου ὁρμωμένους ἐπὶ πολὺ ἐπεξελθεῖν τε τοὺς Ἕλληνας, καὶ παρὰ Ἀλαδίνῃ εὖ μάB λα εὐφημούμενον μέγα εὐδοκιμῆσαι, ἐπὶ στρατηγίας τε καθιστάμενον καὶ ἔργα ἀποδεικνύμενον ἄξια λόγου. τελευτήσαντος δὲ Ἀλαδίνεω βασιλέως, καὶ τῶν ἀρίστων αὐτοῦ ἐς δια- 10 φορὰν σφίσιν ἀφικνουμένων, λέγεται ἀφικέσθαι ἐς λόγους αὐτοῖς, καὶ ἐκείνους ἀλλήλοις, ξυμμαχίαν τε καὶ ὁμαιχμίαν V. 6 ἐκείνοις συνθέμενον ξυμβῆναι αὐτοῖς, ὅρκια ποιησάμενον, ἐφ' ᾧ ὁμοῦ πάντας κοινῇ συνδιαφέρειν τὸν πόλεμον καὶ καταστρέφεσθαι τὴν χώραν ὅσην δ' ἂν δύνωνται, ὅσην δ' ἂν ὑπάγων- 15 ται, ἐπιδιελέσθαι σφίσι κατὰ τὰ κοινῇ σφίσιν αὐτοῖς δεδογμένα· καὶ οὕτω δὴ ἅμα ἐκείνοις ἐλαύνοντα καταστρέψασθαι χώραν οὐκ ὀλίγην, καὶ ἔργα ἀποδεικνύμενον μεγάλα καὶ C χρήματα συχνὰ ἐπικτώμενον, ὥστε ἐν βραχεῖ ἐπὶ ἀρχὴν παρεληλυθέναι οὐ φαύλην. τούτους δὲ ἡγεμόνας ἑπτὰ γενομένους, 20 ὅσην ὑπηγάγοντο ἀρχήν, διανεμεῖσθαι μετὰ ταῦτα σφίσιν αὐ-

3 Ἕλληνας H 16. ἐπιελέσθαι P: corr H 21. διανείμασθαι?

tunae flatibus. proinde cum esset animo liberali et forti praeditus, animos eorum qui in vico agebant opibus sibi conciliat, brevique sibi devotissimos habuit. hinc cum odiis certarent continuis adversus Graecos, omnium assensu imperator declaratus est. bello itaque adortus Graecos qui in ea regione habitabant, non prius praelio excessit quam omnes aut cecidisset aut fugasset. hinc prospere succedentibus rebus victorias plurimas Graecis extorsit. cum autem fama nominis sui regiones plurimas implevisset, etiam apud Aladinam maxima gloria viguit, creatus ab ipso dux, cum undique praeclaris editis facinoribus res fortiter gessisset. defuncto rege Aladina discordia inter regni optimates exorta est. Orthogules adhibitus in colloquium, cum multum temporis deliberando esset absumptum, tandem icto foedere promisit se ipsis socium et auxiliarem fore, quocunque in militiam proficiscantur, hac tamen condicione, ut quascunque regiones coniunctis copiis suo imperio adiunxerint, eas inter sese partiri velint. cum igitur, ut foedere tenebatur, communi consensu viribusque communibus bella aggrederentur, tanta ipsius inter omnes virtus emicuit, ut brevi plurimas opes acquireret regnumque sibi pararet haud aspernandum. hi autem cum forent duces numero septem, initio regionem, quam tum armis subiecerant, inter sese divi-

τοῖς. λαχεῖν δὴ Καραμάνον τὴν μεσόγαιαν τῆς Φρυγίας ἄχρι Κιλικίας καὶ Φιλαδελφείας, Σαρχάνην δὲ ἐντεῦθεν τὴν παράλιον τῆς Ἰωνίας χώραν ἔστε ἐπὶ Σμύρνην ἐλθεῖν, τὰ δὲ Λυδίας ἔστε ἐπὶ Μυσίαν Καλάμην σὺν τῷ παιδὶ αὐτοῦ Καρασῇ. τὰ 5 πρὸς Ὄλυμπόν τε καὶ Βιθυνίαν Ὀτουμάνον λαχεῖν μετὰ Τεκίεω· τὰ δὲ πρὸς τὸν Εὔξεινον πόντον καὶ Παφλαγονίαν λαχεῖν τοὺς Ἀμούρεω παῖδας. τὸν δὲ Κερμιανὸν οὐ τῶν ἑπτὰ τούτων γεγονέναι φασίν, ἀλλὰ βασιλέα πρόσθεν γενόμενον Κωνίου τῆς Καρίας πόλεως, ἐν ᾗ τὰ βασίλεια ἐπὶ συ- D 10 χνόν τινα χρόνον διεγένετο τούτοις, ἀπεληλαμένον ἐντεῦθεν ἐς Ἰωνίαν ἀπᾶραι, κἀκεῖ ἰδιωτεύοντα ἡσυχίαν ἄγειν. οἱ μέντοι ἑπτὰ ἐτύγχανον ὄντες οἱ σύμπασαν τήνδε κοινῇ ὑπαγόμενοι σφίσι τὴν χώραν· ἤ χωρὶς ὃς ἕκαστος, καὶ ᾗ ἄλλῳ ἄλλη ξυνέβαινεν, ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἀρχὴν παρεγένετο ἕκαστος, οὐκ ἂν 15 δὴ οὕτω ἐν δέοντι πολυπραγμονοίην. Σογούτην μέντοι ἐπίσταμαι κώμην ὡς οἱ ἀπ' ἐκείνης γενόμενοι Ὀτουμανίδων βασιλεῖς ἐτίμων τε ἐπὶ πλεῖστον ἐπιφοιτῶντες ταύτῃ τῇ κώμῃ, καὶ τοῖς ἐνοικοῦσιν αὐτὴν ἀποδιδόασι γέρα τὰ νομιζόμενα.

Ἀπὸ ταύτης δὲ ἐπίσταμαι ἀκοῇ γενέσθαι Ὀτουμάνον τὸν P. 8 20 Ὀρθογρούλεω παῖδα, πρῶτον δὴ τοῦ γένους τούτου ἄλλας τέ οἱ πόλεις ὑπαγόμενον ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἐν δὲ δὴ καὶ Προῦσαν

9. Ἰκωνίου P 11. ἀπάρας P: corr H 13. εἰ? ὃς] εἷς? an ὡς?

serunt: postea partione sorti commissa Caramano obtigisse mediterraneam Phrygiae Ciliciam usque et Philadelphiam. Sarchani sors addixit maritimam Ioniae regionem, qua Smyrnam usque patet. Lydia usque ad Mysiam obvenit Calami et filio eius Carasi. Bithyniam autem cum his regionibus quae Olympum respiciunt, nactus est Otomanus cum Tecie. Paphlagoniam cum his regionibus quae vergunt ad Euxinum pontum, acceperunt Amurae filii, sic sorte partitionem regente. Cermianum dicunt non fuisse de numero septem illorum ducum, verum imperasse Conio Cariae urbi, in qua regia erat: tandem suo deturbatum regno abiisse in Ioniam; sectatusque ibi vitam privatam quietem amplexus est. septem illi duces coniunctisne copiis an singuli per se regiones istas subiecerint, praeterea ut alius in alterius successerit opes et regnum, non referre arbitror curiosius describere. illud autem certum est, reges Otomanidarum Sogutham vicum multum honorasse, cum eo frequenter accederent, reddentes vici incolis solennia munera.

Accepi praeterea Otomanum Orthogulis filium primum generis huius ex isto vico oriundum extitisse; qui inde profectus urbes Asiae cepit, et Prusam Mysiae urbem opibus florentem, fame expugnatam,

τὴν ἐν Μυσίᾳ πόλιν καὶ τότε εὐδαίμονα παραστησάμενον, ὑπὸ λιμοῦ ἐκπολιορκῆσαι ἑλόντα τὴν πόλιν, καὶ ἐν αὐτῇ τὰ βασίλεια ποιησάμενον, καὶ ἀπὸ ταύτης ὁρμώμενον ἔργα μεγάλα τε καὶ περιφανῆ ἀποδειξάμενον, παῖδάς τε καὶ ἀρχὴν οὐ φαύλην καταλιπόντα τελευτῆσαι ἐν Προύσῃ. τοῦτον δὲ 5 ἴσμεν ἡμεῖς τοῦ γένους τοῦδε τά τε ἄλλα ὡς οἷόν τε ἄριστα καθιστάντα, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐς τὸ ἐπιτηδειότατον αὐτῷ καταστησάμενον, τάξιν τε ἀρίστην ἀποδείξασθαι ἀμφ' αὐτόν, B ἣν θύρας βασιλέως καλοῦσι, καὶ ταύτῃ γε τῇ δυνάμει τὸ ἀπὸ τοῦδε δεδιττόμενον δέει τῷ ἀμφ' αὐτὸν κατέχειν τοὺς 10 ὑπὸ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ ξύμπαντας, ἐν τάχει παραγενομένους ὅπῃ ἂν αὐτῷ δοκοίη, καὶ ἐπιτελοῦντας ἅττ' ἂν ἐπιτάττοι ὁ βασιλεύς, καὶ ἐπὶ τὰ παραγγελλόμενα ὑπὸ τῶν βασιλέως θυρῶν κατὰ τάχος ἰόντας. τοῦτον δὴ οὖν ἐπυθόμεθα γενναιότατόν τε ἐς τὰ πάντα γενόμενον, ταύτῃ τε ὡς ἐπὶ πλεῖστον 15 νομισθῆναι δαιμόνιον, καταλιπεῖν τε ἀπὸ τούτου τὴν ἐπωνυμίαν τοῖς ἀπ' ἐκείνου γενομένοις, Ὀτουμάνου παῖδας ἔτι καὶ νῦν καλεῖσθαι. ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ὀκτακισχίλιοι Τούρ- C κων ἐς τὴν Εὐρώπην διαβάντες περὶ Ἑλλήσποντον, καὶ ἐν Χερρονήσῳ κατασχόντες φρούριον Ἑλληνικόν, καὶ ἀπὸ τού- 20 του ὁρμώμενοι, τήν τε Θρᾴκην ἐς Ἴστρον ἐλαύνοντες ἐληΐζοντο τὴν χώραν ἐπιδραμόντες, τά τε πολλὰ διήρπαζον, καὶ ἀνδράποδα ὡς πλεῖστα ἑλόμενοι ἐς τὴν Ἀσίαν διεβίβαζον, τοὺς

4. παιδά T 11. παραγινομένους?

regni sedem constituit. postremo operibus multis fortiter et splendide peractis, relinquens liberos et regnum illustre, naturae debitum exoluit Prusae. hic primus istius generis optime, quae ad regni salutem attinent, disposuit. et ut regnum sibi faceret quam maxime firmum et opportunum, satellites allegit, quos regis ianuas sive portas nuncupavit. et cum iam omnibus propter istam potentiam formidini esset, subditos facile in imperio continuit, cum omnes ad nutum, quando vocarentur, praesto essent et impigre ea quae ianuae regis imperarent obirent. commemorant Orthogulem istum virum per omnia extitisse generosissimum; et cum propter res suas praeclare administratas augustior homine et quasi divinus reputaretur, posteris reliquit insigne cognomentum, ut Otomanidae sive Otomani filii vocentur. hoc regnante Turcorum octo milia traiecerunt in Europam per Hellespontum, captoque Graecorum praesidio Chersoneso imposito perrexerunt in Thraciam et ad Istrum, incursionibusque plurimis factis regionem istam vastarunt, et maximam hinc reportarunt praedam. mancipia, quae erant plurima, iure belli capta, transmiserunt in Asiam. Graecorum Triballorumque (qui nunc Bulgari dicuntur) res agebantur

τε Ἕλληνας καὶ Τριβαλοὺς ἦγον καὶ ἔφερον. ἐν τούτῳ δὴ Σκυθῶν μοῖρα οὐκ ὀλίγη, ἀπὸ Σαρματίας ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐλάσαντες καὶ τόν γε Ἴστρον διαβάντες, τούς τε Τούρκους ἐν D τῇ Θρᾴκῃ κατέλαβον καὶ μαχεσάμενοι ἐτρέψαντο, καὶ πλὴν 5 ὀλίγων τινῶν διεχρήσαντο σύμπαντας ἀφειδέστατα. ὅσοι δὲ οὐκ ἐφθάρησαν, διασωθέντες ἐς τὴν Χερρόνησον, ἐς τὴν Ἀσίαν αὖθις διαβάντες οὐκέτι πάλιν ἀφίκοντο.

Τότε οὖν τὰ Ἑλλήνων πράγματα ἐταλαντεύετο ἐπ' ἀμφότερα, V. 7 διαφερομένων σφίσι κατὰ τὴν Βυζαντίου βασιλείαν 10 ἀμφοῖν βασιλέοιν τοῖν Ἀνδρονίκοιν, τοῦ τε πάππου καὶ υἱδοῦ, τῶν Παλαιολόγων. ἐφ' ὧν δὲ ἐς διαφορὰν σφίσιν ἀφικομένων οἵ τε Ἕλληνες πρὸς ἑκατέρους διέστησαν, καὶ αὐτοῖς τὰ πράγματα ἤδη πάμπαν ἐφθείρετο. τῷ γὰρ πρώτῳ Ἀνδρονίκῳ ἐγεγόνει παῖς Μιχαῆλος, ὃς ἐτελεύτησε πρὶν ἢ ἐς 15 τὴν βασιλείαν ἐλθεῖν. μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν Ἀνδρόνικος ὁ παῖς αὐτοῦ γεγηρακότι ἤδη τῷ πάππῳ, ἀξιῶν αὐτὸς ἔχειν τὴν βασιλείαν, καθίστατο ἐς διαφοράν, αὐθαδέστερος ὢν ἢ ὥστε πείθεσθαι, καὶ πράγματα παρεῖχεν ἀνήνυτα, τούς P. 9 τε Τριβαλοὺς ἐπαγόμενος καὶ Ἑλλήνων τοὺς ἀρίστους οἱ προσ- 20 εταιριζόμενος ἐς τὴν βασιλείαν, ὡς διὰ ταῦτα μηδὲ ἐξεῖναι αὐτοῖς τὸ παράπαν τοὺς Τούρκους ἐς τὴν Εὐρώπην διαβάντας ἀμύνεσθαι. καθ' ὃν δὴ χρόνον ἥ τε Προῦσα ἐξεπολιορκήθη

ferebanturque. ea tempestate Scythae parva manu a Sarmatia prodeuntes festinabant ad Istrum. quo transmisso Turcos, quos eo loci deprehenderant, atroci praelio inito fuderunt, et propemodum omnes, demptis paucis, necaverunt. qui autem integri ex eo praelio abierant, fuga in Chersonesum delati et hinc in Asiam transvecti tandem ab Europa abstinuerunt.

Eodem tempore Graecorum res ancipiti fruebantur fortuna, cum intestinis discordiis agitarentur propter Byzantii regnum reges ambo, avus et nepos, Andronici, ex familia Palaeologorum orti. cum autem seditionibus iactarentur, quidam hunc, pars illum sequebantur. ex quo effectum est ut planissime res ipsorum interierint. priori enim Andronico natus est filius, cui nomen inditum Michael, qui fato functus est antequam ad regnum promoveri posset. post huius mortem Andronicus filius, cum avus senio confectus foret, ad regiae dignitatis culmen conscendere gestiens inimicitias ex aperto cum avo suscepit. cum autem esset impudentior et praefractior quam ut meliora consulenti pareret, Graecos in gravissima discrimina adduxit. Accersit enim Triballos, Graecorumque optimates in regni curam adhibitos sibi concilians, effecit ut nemo amplius Graecorum Europae accessu Turcos prohiberet. tunc temporis (1303) capta est Prusa, quam fame

λιμῷ ἁλοῦσα ὑπὸ Ὀτουμάνου, καὶ ἄλλαι κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεις οὐκ ὀλίγαι ἑάλωσαν. ὅθεν οἵ τε Τοῦρκοι ἐπὶ μέγα ἐχώρουν δυνάμεως κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβάντες κακῶς ἐποίουν τὴν Θρᾴκην, ἄλλοι τε οὐκ ὀλίγοι καὶ δὴ καὶ Χαλίλης, ὃς δὴ ἐς τὸ κατὰ τὴν Χερρόνησον φρούριον 5 ὑπὸ Ἑλλήνων συνελαθεὶς μετεπέμπετο Τούρκους ἀπὸ τῆς B Ἀσίας, καὶ τόν τε βασιλέα ἐπιόντα ἠμύνατο, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐξελαύνων τῆς Θρᾴκης ἐληίζετο, ὁπότε δὴ ἐπαγόμενος τόν τε Τριβαλῶν ἡγεμόνα καὶ τοὺς ἀπὸ Ἰταλίας τό τε φρούριον ἐξεπολιόρκησε κατ' ἤπειρον καὶ κατὰ θάλατταν. οἱ μὲν οὖν 10 Τοῦρκοι ἔλαθον δρασμῷ ἐπιχειρήσαντες ἐς τὴν Ἀσίαν νυκτὸς διαβάντες. ἀνωμάλως μὲν ἔς τε τὰ ἄλλα σφίσιν ἔχοντες οὗτοι οἱ βασιλεῖς, καὶ αὐτομόλοις Τούρκων ἡγεμόσι, τῷ τε Ἀζατίνῃ καὶ ἄλλοις, οὐ καλῶς ἐχρήσαντο, ὥστε ἐπιτηδείως ἔχειν σφίσιν τούς τε ἀπὸ Ταρακῶνος καὶ Ἰταλίας, οὓς δὲ 15 μετεπέμπετο ἐπὶ τῶν Τούρκων βασιλέα Ὀρχάνην, ὃς Φιλαδέλφειαν ἐπολιόρκει, καὶ ἐς τὴν ἐπὶ τῇ Χερρονήσῳ φυλακὴν C τῆς Καλλιουπόλεως. οὗτοι μὲν οὖν οἱ Ταρακῶνες καὶ οἱ ἀπὸ Ἰταλίας ἐς τὴν Καλλιουπόλεως φυλακὴν τεταγμένοι, τοῖς μετὰ Ἀζατίνεω αὐτομόλοις χρησάμενοι Τούρκοις, συνεστήσαντο 20 ἀλλήλοις ὡς τῇ πόλει ἐπιθησόμενοι, καὶ ἐπειδὴ ἔγνωσαν κατάδηλοι ὄντες (ἐμηνύθη γὰρ ὑπ' αὐτῶν τινὸς τοῖς Ἑλ-

16. μετεπέμποντο H

domitam in dicionem redegit Otomanus. in potestatem venerunt et alia Asiae oppida, unde maxima Turcis per universam Asiam accessit potentia; transgressique in Europam Thraciam gravissime adflixerunt. Chatites autem, qui a Graecis in praesidium, quod Chersoneson tutabatur, erat compulsus, vocavit Turcos ex Asia, et Graecos accedentes fortiter sustinuit; nec non ad multam Thraciae regionem progressus praedas agebat. adductis vero duce Triballorum et iis qui modo ab Italia advenerant, praesidium Chersonesi terra marique oppugnari coeptum est. at Turci cum viribus nequaquam pugnarent paribus, nocte intempesta profugerunt in Asiam insciis hostibus. verumtamen Graeci parum benigne tractarunt transfugas Turcorum duces et Azatinam, quo sibi maiore benevolentia devincirent eos quos ab Italia et Taracone asciverant, ut suppetias ferrent contra Turcorum regem Orchanem, qui exercitum Philadelphiae admoverat. praeterea ad occupandum Calliopolis (quae et Callipolis) praesidium in Chersoneso Taraconenses et Itali, additis Azatina et caeteris Turcorum transfugis, urbem aggredi nitebantur. ut autem inceptum eorum patefactum est oppidanis (nam a quodam Graecis, qui in ea urbe erant, significatum est), per Thraciam, ab urbe digressi, ibant. profecti praeter

λησι), διὰ τῆς Θρᾴκης ἵεντο, καὶ τὴν Ῥοδόπην διαβάντες ἀφίκοντο ἐς Κασσάνδρειαν, Πύδναν τὸ πάλαι καλουμένην. ἐντεῦθεν δὲ τῶν μὲν μετὰ Ἀζατίνεω Τούρκων ὅσοι παρῆσαν, ἀφίκοντο ἐς τῶν Τριβαλλῶν βασιλέα, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας τὰ 5 ἔμπαλιν γενόμενοι ἵεντο πεζοὶ ἐπὶ τὴν Χερρόνησον, αὖθις ἐν νῷ ἔχοντες, ὅτῳ ἂν δύναιντο τρόπῳ, ἐς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι. D καί πῃ καὶ σπονδὰς τοῖς Ἕλλησι ποιησάμενοι, ὡς ἐπεβούλευον αὐτοὺς οἱ Ἕλληνες ἑλεῖν βουλόμενοι ἔς τι φρούριον τὸ κατὰ τὴν Χερρόνησον διεσώζοντο. καὶ οὗτοι αὖθις κακῶς ἐποίουν 10 τοὺς Ἕλληνας· οἱ μέντοι ἀπὸ ἑσπέρας τε καὶ Ἰταλίας ἄνδρες, διὰ Μακεδονίας τε καὶ Θετταλίας ἐς Βοιωτίαν ἀφικόμενοι, κατέσχον αὐτὴν καὶ τὰς Θήβας ἠνδραποδίσαντο ἀφροσύνῃ τοῦ ἡγεμόνος, ὃς δεδιὼς τε αὐτοὺς καὶ ὑπολογιζόμενος V. 8 ἐπῄει ὡς ἀναρπασόμενος. οὗτοι μὲν οὖν ταφρεύσαντες τὸ 15 χωρίον, καὶ ὕδωρ ἐς αὐτὸ ἐμβαλόντες, ἐπὶ πολὺ ἄβατον τοῖς ἱππεῦσιν ἐποιήσαντο τὸ χωρίον. οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς οἱ μετὰ P. 10 τοῦ ἡγεμόνος ἔθεον δρόμῳ ἐπὶ τοὺς ἑσπερίους ὡς ἀναρπασόμενοι, ἐμβάντες δὲ ἐς τὸ χωρίον χαλεπῶς ἐχρήσαντο σφίσιν αὐτοῖς· οἱ δὲ Ταρακῶνες καταπέλταις τε καὶ τόξοις βάλλοντες 20 καὶ ἀκοντίοις τοὺς πολλοὺς τῶν Βοιωτῶν αὐτοῦ ταύτῃ διεχρήσαντο, ὕστερον δὲ ἐπὶ τὴν πόλιν ἐλθόντες αὐτοβόει τε τὴν πόλιν εἷλον καὶ ἠνδραποδίσαντο. οὗτοι μὲν οὖν ὕστερον ἐς

2. οἶμαι Ποτίδαιαν margo R

Rhodopen venerunt Cassandriam, antiquitus Pydnam dictam. Turci qui comitabantur Azatinam, venerunt ad Triballorum regem. at hi qui confugerant in Asiam, bellum redintegrare volentes, et itinere pedestri in Chersoneson reversi, cogitabant, quoquo modo possent, redire in Asiam. etiam quibusdam in locis foedera cum Graecis conglutinarunt. cum autem Graeci iis insidias tenderent, volentes eos capere, fuga evaserunt in praesidium Chersonesi, et denuo Graecis plurima inferebant damna. Itali et Hispani lustrata Macedonia et Thessalia, cum ingressi essent fines Boeotiae, eam regionem occuparunt. Thebas quoque diripuerunt; cuius direptionis causa extitit ducis imprudentia, qui cum timidos et imbelles crederet hos, quasi omnes in suam potestatem redacturus, ferox eos adoriebatur. at Itali et Hesperii locum illum fodientes, et aquam multam in fossas admittentes, effecerunt ut locus ille equestri pugnae minus esset opportunus. dux igitur magno equitatu in illos irrumpens, quasi primo impetu hostes devicturus, in maximum periculum cum suis praecipitatus est, cum equi solo cohaererent instabili. Taraconenses sive Hispani ingerentes tragulas et sagittas, torquentesque missilia, plurimos Boeotorum eo loci neci dederunt; hinc adversus urbem profecti, ca-

Ἰταλίαν περαιούμενοι ἐπ' οἶκον ἐτράποντο ἕκαστος· Ἕλληνες δὲ μετὰ Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως, καὶ τοῖς ἀπὸ Τούρκων ἐπὶ σφᾶς αὐτομόλοις καὶ τοῖς ἀπὸ Ἰταλίας κακῶς χρησάμενοι, οὐχ ὅπως οὐδὲν εὕραντο ἐπιτήδειον, ἀλλὰ καὶ πολεμίους σφίσιν ἔχοντες τούτους, ἐπὶ τὸ τοὺς σφῶν εὐγενεῖς θεραπεύ- 5 B ειν μόνον τραπόμενοι τῆς τε ἀρχῆς εἰσόδους κατανήλισκον, καὶ οὔτε στράτευμα συνέλεγον οὔτε ξένους μισθωσάμενοι καὶ τοὺς πολεμίους ἐπιόντας σφίσι τιμωρεῖν ἠβούλοντο.

Ἐπάνειμι δὲ ἐπ' ἐκεῖνο τοῦ λόγου, ὅθεν μοι ἐξέλιπε. Ὀτουμάνος μὲν οὖν Ὀρθογρούλεω, τὰ πλέω τῆς ἐς τὴν Ἀσίαν 10 Ἑλλήνων χώρας καταστρεψάμενος, ἐς Νίκαιάν τε ἐσέβαλε καὶ ἐς Φιλαδέλφειαν, οὐ μέντοι γε εἷλε τὸ ἄστυ· καὶ πρὸς Τούρκους τοὺς μετὰ Ὁμούρεω διενεχθεὶς ἐπολέμησεν· ἄρξας δὲ ἐν Προύσῃ, ἐν ᾗ τὰ βασίλεια ἐπεποίητό οἱ, ἐτελεύτησε, καταλιπὼν παῖδας καὶ χώραν οὐ φαύλην καὶ στρατὸν οὐκ 15 ἀγεννῆ. τελευτήσαντος δὲ Ὀτουμάνου ὁ νεώτερος τῶν παίδων αὐτοῦ γενόμενος τοὺς ὅτι ἐγγύτατα παρὰ τῷ πατρὶ δι- C αιτωμένους, ὡς οἷόν τ' ἦν αὐτῷ ἀνακτώμενος, ἐπιτηδείους τε αὐτῷ εἶχε καὶ ἐς τὰ μάλιστα συνήθεις. ἀπὸ τούτων δὴ ἐπεί τε τάχιστα ἐπύθετο τελευτῆσαι Ὀτουμάνον, ὄντα ἤδη, ᾗ φα- 20 σίν, ἐπὶ γήραος οὐδῷ, ἀποφυγεῖν μὲν αὐτίκα τοὺς ἀδελφοὺς ἐκποδὼν γενόμενον ἐπὶ Ὄλυμπον τῆς Μυσίας ὄρος, διαπο-

10. ἐς om P: cf. p. 12 D. 14. δὲ] δὲ ἔτη μ'?

ptam depraedati sunt. qui tandem redeuntes in Italiam domos remearunt. Graeci cum rege suo Andronico, cum parum dextre Turcos transfugas, nec non eos qui ab Italia ferendi auxilii gratia advenerant, fovissent, praeter opinionem etiam hos sibi inimicos ex amicis et auxiliaribus fecere. Graecorum autem nobiles cum profusioribus largitionibus in se converterent reguli, regni reditus universos exhauserunt, nullo interim exercitu comparato, nec peregrinis militibus conductis, cum etiam negligerent hostes suis finibus arcere.

Nunc unde digressus sum, revertor. Otomanus Orthogulis filius, subacta Graecorum Asiam incolentium regione pene universa, irruit in Nicaeam et Philadelphiam, quam haud tamen suae dicioni admovit. Turcos quoque qui Homuren sequebantur, inimicitiis permotus, bello petiit. regnans autem Prusae, quae regni sedes erat, expiravit (1330), relictis liberis et regione amplissima. defuncto Otomano filius eius natu minimus ex tribus, Orchanes nomine, praeoccupatis animis eorum qui in artissimam patris admittebantur amicitiam, eos sibi familiares et quam maxime opportunos tenuit. ex quibus ut primum accepit Otomanum iam, ut ferunt, in senectutis limine constitutum obiisse mortem, fratres illico fugiens proripuit se ad Olym-

ρευόμενον δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν περιτυχεῖν ἵππων φορβῇ ταύτῃ που τῆς χώρας ἐπινεμομένῃ, καὶ διανεῖμαι ταύτην ἀνδράσι τοῖς ἀπὸ τοῦ ὄρους ἐπ' αὐτὸν συλλεγομένοις, καὶ ἐπικαταβαίνοντα ἐς τὸ πεδίον ἐπιτρέπειν αὐτοῖς διαρπάζειν ὅσα γ' ἂν 5 τούτοις προχωροίη, ὁρμώμενον δὲ ταύτῃ ἀπὸ τοῦ ὄρους ἄγειν καὶ φέρειν τὴν πόλιν. τῶν δὲ ἀδελφῶν αὐτοῦ σφίσιν ἀλλήλοις διαπολεμούντων τε καὶ ἀμφὶ τοὺς οἰκείους ἐχόντων πολέμους, ἐς ὃ δὴ καὶ οὐκ ὀλίγων τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως καὶ D ἀμφοῖν τοῖν ἀδελφοῖν ἐπιγενομένω αὐτῷ, ἐπικαταβῆναί τε ἐς τὸ 10 πεδίον, καὶ ἐς πόλεμον καθιστάμενον τοῖς ἀδελφοῖς οὖσι διῃρημένοις καὶ ἀνὰ μέρος ἑκατέρῳ στρατοπαιδευομένῳ μαχέσασθαι, καὶ περιγενόμενον ἀνελεῖν ἄμφω τὼ ἀδελφώ, καὶ οὕτω τὴν βασιλείαν παραλαβεῖν. τοῦτο δὲ ἔγωγε ἀναπυνθανόμενος εὗρον οὐ γνώμην ταύτῃ περὶ τῶν ἀδελφῶν, χρῆσθαι 15 σφίσιν αὐτοὺς ὡς πολεμίους, ἀποφηναμένου νομίζεσθαι παρ' αὐτοῖς ἔτι καὶ ἐς τόνδε τὸν χρόνον· ἀλλ' ὑπὸ τῶν τοῖς Ὀγουζίοις ἡγεμόνων καθισταμένων καὶ πρόσθεν γενόμενον διεπυθόμην.

Ὀρχάνης μὲν οὖν ἐπεί τε εἰς τὴν βασιλείαν παρῄει, σύμ- 20 πασάν τε τὴν Λυδίαν κατεστρέφετο, καὶ τοῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ P. 11 Ἕλλησι καθίστατο ἐς πόλεμον, καὶ συχνὰς τῶν ταύτῃ Ἑλληνίδων πόλεων πολιορκίᾳ παραστησάμενος ὑπηγάγετό οἱ, τῶν γε Βυζαντίου βασιλέων πρὸς τοὺς ἐν τῇ Θρᾴκῃ Τριβαλλούς τε

9. ἀμφὶ? ἐπιγενομένων? 14. γνώμην T, γνώμῃ P
15. αὐτοῖς ὡς πολεμίοις? ἀποφηνομένου P 21. συχνὰ P, συχνοὺς T

pam Mysiae montem. cum iter faceret, incidit in multa equorum armenta, quae partitur in viros qui ad se in montem concurrerant. descendens autem de monte in loca subiecta, potestatem ipsis rapiendi dedit quaecunque nacti fuissent. etiam urbem, cum adhuc versaretur in Olympo, expugnatam diripuit. fratribus autem suis intestino bello ardentibus, et utrumque maxima parte hominum frequentante, cum accepisset eos longo intervallo a se divisos castra posuisse, cum suis de monte discedens singulos seorsim aggreditur. interemptisque victisque ambobus fratribus suis, ipse ad regiam dignitatem emersit. ego autem experimentis cognovi Turcos non in hunc modum sentire de fratribus istis: verum ita evenisse ferunt sub Oguziorum ducibus.

Orchanes ubi regni administrationem suscepit (1326), universam Lydiam imperio suo addidit, Graecisque in Asia morantibus bellum indixit, plurimaque Graecorum oppida in dicionem accepit eo tempore, quo Byzantii reges et Triballi in Thracia et Mysi

ἅμα καὶ Μυσοὺς κατὰ τοῦτο χρόνου ἐπικειμένους σφίσιν ἐς τὰ μάλιστα τὸν πόλεμον διαφερόντων. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ Καππαδοκίαν ἐλαύνων, ἔστιν ἃ τῶν πολισμάτων ὑφ' αὑτῷ V. 9 ποιησάμενος, ἐπὶ Νίκαιαν τὴν ἐν Βιθυνίᾳ πόλιν ἐστρατεύετο. ἐπολιόρκει μὲν οὖν τὴν πόλιν. ἐνταῦθα ὡς ἡ ἀγγελία ἦλθεν 5 ἐς τὸν Ἑλλήνων βασιλέα, τήν τε Νίκαιαν πολιορκεῖσθαι καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει, εἰ μή τις ἐπαμύνοι σφίσι, προσχωρῆσαι B τῷ βαρβάρῳ, στράτευμά τε συνελέγετο ἐς τὴν βασιλείαν ἤδη παριών, οὐ περιοψόμενος τὴν Νίκαιαν, ὡς τιμωρήσειν παρεσκευάζετο διαμαχούμενος οὐδὲν ἧττον πρὸς Ὀρχάνην τὸν 10 Ὀτουμάνεω ἢ ἀναστησόμενος ἀπὸ τῆς Νικαίας. οὗτος μὲν δὴ ὡς τῶν ἄλλων πολλαχῇ ἐπιχειρησάντων οὐ προεχώρησεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν, τούς τε Ἕλληνας συνιστῶν ἐπὶ τὸν πάππον καὶ νεώτερα πράσσων πράγματα, Μιχαῆλον τὸν Μυσῶν ἡγεμόνα ἐπηγάγετό οἱ ἐς συμμαχίαν, ἐπιγαμίαν ποιησάμενος, 15 τὴν ἀδελφὴν αὐτῷ ἐς γάμον ἐκδοὺς γήμαντι πρόσθεν τὴν τοῦ βασιλέως Τριβαλλῶν ἀδελφήν. ὅθεν ὁ Τριβαλλῶν ἡγεμὼν ἐπ' αὐτόν τε ὥρμητο στρατεύεσθαι, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Μι- C χαῆλου ἀδελφιδοῦν Ἀλέξανδρον· τόν τε Μιχαῆλον μάχῃ ἐκράτησε, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ ἐς τὴν βα- 20 σιλείαν καταστησάμενος. τῆς ἐς αὐτὸν ὕβρεως αἰτιασάμενος οὖν τοὺς Ἕλληνας ἐστρατεύετο ἐπ' αὐτούς, καὶ πολίσματα

1. ἐπικειμένων P : corr H 7. προχωρῆσαι P, προσχωρήσειν H 16. αὐτοῦ P : corr H

maximo flagrabant inter sese bello. posthaec in Cappadociam bellum transtulit; subactisque oppidulis quibusdam, exercitus ad Nicaeam Bithyniae urbem movit, eamque oppugnare coepit. ut vero nuntiatum est Graecorum regi Nicaeam obsideri, et oppidanos, nisi propere auxilium mittatur, ad barbarum defecturos, conscribit exercitum, et regni curae se immiscens videbatur non neglecturus Nicaeam, verum fortiter defensurus, non tam barbari odio stimulatus, quam solicitus ne tantam urbem amitteret. hic igitur, quemadmodum et alii multi fecerunt, regiam dignitatem aspernatus est, quamvis Nicaeam de manu hostium sese vindicaturum adfirmaret: verum Graecos adversus avum incitans, rerum novarum avidus, Michaelem Mysorum ducem in belli societatem recipiens, cum ipso affinitatem iunxit, in matrimonium ei collocans suam sororem, cum iam ante duxisset sororem Triballorum regis. hinc ira percitus Triballus arma arripit, habens secum Michaelis patruelem Alexandrum. victo igitur Michaele, ne sineret contumeliam sibi a Michaele factam abire inultam, Alexandrum Michaelis patruelem regno praeficit. cum autem et in Graecos eius contumeliae culpam transferret, etiam hos

ὕττα ἐξελὼν ἀπεχώρησεν ἐπ' οἴκου. ὕστερον μέντοι σπονδὰς ἐποιήσαντο ἐφ' ᾧ ξένοι καὶ φίλοι εἶναι ἀλλήλοις. ἐνταῦθα ἐπυνθάνετο Ὀρχάνην ἐπιδραμόντα τὰ κατὰ τὴν Βιθυνίαν χωρία καὶ ἀνδραποδισάμενον πολιορκεῖν τε τὴν Νίκαιαν καὶ
5 οὐκ ἀνιέναι προσβάλλοντα τῷ τείχει. στράτευμά τε ξυναγείρας καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν διαβὰς ἤλαυνεν ἐπὶ Νίκαιαν, ἀμύνειν βουλόμενος τοῖς ἐν τῇ πόλει. Ὀρχάνης μέν, ἐπειδὴ ἠγγέλθη ἐπιέναι ἐπ' αὐτὸν στράτευμα Ἑλληνικόν, συνταξάμενος ἀντεπῄει, [τό τε στράτευμα ἔχων ἐν τάξει ὡς μαχούμενος τὸν D
10 στρατὸν ἀντεπήγαγε,] καὶ ἐν Φιλοκρίνῃ γενόμενος εὗρε στρατοπεδευόμενον τὸν Βυζαντίου βασιλέα. οὐ πολὺ δὲ ὕστερον μάχης ἰσορρόπου γενομένης αὐτός τε ὁ βασιλεὺς ἐτρώθη εἰς τὸν πόδα, καὶ Ἑλλήνων οὐκ ὀλίγοι τραυματίαι γενόμενοι ἔγνωσαν δεῖν ἐς Φιλοκρίνην εἰσελθεῖν, ὥστε ἀναλαβεῖν σφᾶς αὐ-
15 τοὺς καὶ ἀναμαχέσασθαι. ἐνταῦθα ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν ἐτράποντο, κατὰ νώτου γενόμενοι οἱ βάρβαροι καὶ ἐπικείμενοι συχνούς τε τῶν Ἑλλήνων διέφθειρον, καὶ τούς γε λοιποὺς ἐς τὴν πόλιν συνελάσαντες ἐπολιόρκουν. ἐπεὶ δὲ παράλιος ἦν αὕτη ἡ πόλις, ὡς οὐδὲν προεχώρει τῷ Ὀρχάνῃ, αὖθις ἐπὶ P. 12
20 Νίκαιαν ἐλθὼν ἐπολιόρκει τε ἐπί τινα χρόνον καὶ εἷλέ τε οὐ πολλῷ ὕστερον ὁμολογίᾳ παραστησάμενος. οὕτω Νίκαια ἐπὶ

5. ξυναγεῖραι P: corr H

bello vexavit; oppidulisque aliquot captis exercitum domum abduxit. tandem foedera pepigerunt, quibus tenebatur ut inter se et amici et hospites in posterum essent. post haec ad regem Graecorum fama perlatum est satis constanti Orchanem incursionem fecisse in Bithyniae regionem, captisque mancipiis plurimis obsidione Nicaeam cinxisse, murumque eius hostili animo quatere. rex itaque Graecorum comparato exercitu in Asiam transvectus, obsidione circumventis auxiliares porrigere nitebatur manus. quod ut primum rumore ad Orchanem perlatum est, instructo agmine Graecis obviam procedit. cum autem venisset Philocrinam, offendit regem Graecorum ibi castris fixis morantem. nec mora, praelium committitur; in quo rex accepto in pedem vulnere, reliquique Graeci non pauci vulneribus confecti, statuerunt intrare Philocrinam, ut vulnerati lassique paululum reficerentur. nec tamen citra pugnam eo venire quiverunt: barbari enim eos circumventos a tergo adorti, acerrime instantes magna clade affecerunt; reliquos in urbem fugatos obsidione premebant. urbs ergo illa cum foret maritima, et obsidione non posset in potestatem hostium redigi, Orchanes ab ea discedens copias suas Nicaeam reduxit. quam cum obsidione aliquandiu afflixisset, tandem pactionibus in deditionem accipit. in hunc modum Orchanes Nicaeā potitus est (1330).

Ὀρχάνῃ ἐγένετο. εἰσέβαλε δὲ καὶ εἰς Φιλαδέλφειαν, ἀλλ' οὐκ ἠδυνήθη παραστήσασθαι πολιορκῶν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπικούρων. μετὰ δὲ ταῦτα διενεχθείς, ὥς φασί, πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ βαρβάρων ἡγεμόνας, τούτων ἐνίους συμμάχους οἱ προσλαβόμενος τοῖς ἄλλοις πολεμῶν οὐκ ἀνίει. ὕστερον 5 μέντοι χρόνου συχνοῦ διελθόντος, Καντακουζηνοῦ βασιλέως Ἑλλήνων ἄρτι γενομένου ἔγημε θυγατέρα, καὶ ἐπιγαμίαν ποιησάμενος ταύτην εἰρήνην τε τοῖς Ἕλλησιν ἐποιήσατο, καὶ τοῦ B λοιποῦ πρὸς τοὺς ἐν τῇ Φρυγίᾳ βαρβάρων ἡγεμόνας διενεχθεὶς ἐπολέμει. ὡς τελευτήσαντος γὰρ Ἀνδρονίκου τοῦ βα- 10 σιλέως, κατελείφθη τε αὐτῷ παῖς ἀμφὶ τὰ δυοκαίδεκα ἔτη γεγονώς, καὶ τόν γε Καντακουζηνὸν κατέλιπεν, ἄνδρα εὐδαίμονα καὶ μέγα δυνάμενον, τόν τε παῖδα ἐπιτροπεύειν ἄχρι δ' ἂν ἐπὶ τὸ τῆς ἡλικίας ἀφίκηται ἐντελές, καὶ τὴν βασιλείαν περιέπειν, [μέγα τε ὄλβιον; καὶ ἀρεσκόμενος τούτῳ ἐπέτρεψε 15 V. 10 τὰ ἀμφὶ τὴν βασιλείαν τε καὶ τὸν παῖδα, ἐμπεδώσας ὅρκοις ἦ μὴν ἀδόλως ἐπιτροπεύειν τῆς τε βασιλείας ἅμα καὶ τοῦ παιδός, καὶ ἀβλαβῆ τὸν παῖδα ἐς τὴν βασιλείαν καταστήC σειν]. ὡς δὲ ἐτελεύτησε βασιλεύς, χρόνου οὐ πολλοῦ διελθόντος Ἑλλήνων τέ τινων ἐναγόντων ἐς τοῦτο καὶ συνεπιλα- 20 βομένων, τήν τε βασιλείαν κατέσχε καὶ τὸν παῖδα κακὸν μὲν οὐδέν τι εἰργάσατο, κηδεστὴν δέ οἱ ποιησάμενος ὀλιγώρως τοῦ παιδὸς εἶχε, καὶ ἑαυτῷ ᾤετο τοὺς Ἕλληνας μᾶλλόν τι ἀνα-

22. τὲ P τοῦ] τὰ τοῦ P: corr H

bellum deinde Philadelphiam vertit, quam acerrime ab auxiliaribus defensam sui iuris facere nequivit. sub idem tempus cum iratus esset quibusdam in Asia degentibus satrapis, quosdam eorum sibi associans reliquos debellavit. tempore deinde multo interiecto, Cantacuzeni Graecorum regis filiam uxorem ducit. quae affinitas ubi intercessit, pax inter Graecos et Turcos facta est; belloque Phrygiae satrapas, cum discordia intervenisset, persequebatur. Andronicus Graecorum rex cum moreretur, reliquit filium natum annos duodecim, tutoremque ei assignavit Cantacuzenum, virum opulentum magnaque potentia subnixum, ut puerum tutaretur et curaret ad eam usque aetatem, quae regno gubernando habilis foret. huius in fidem puerum regnumque tradidit, iureiurandoque eum obstrinxit ut sine dolo in administratione regni educationeque pueri versaretur, quo ipsum nihil iniuriarum a se expertum tandem regno Graecorum praeficeret. ut autem rex excessit e vivis, non multo post urgentibus et opitulantibus Graecis tutor ad regni curam allectus est, puerum tamen nulla iniuria affecit. verum cum eum affinem sibi fecisset, ut imbellem contemptui habuit, spem omnem in Graecis, quantum ad

κτήσασθαι. ὁ μὲν οὖν Καντακουζηνὸς τὴν βασιλείαν ἀφελόμενος τὸν παῖδα, πρὸς Ὀρχάνην τὴν ἐπιγαμίαν ποιησάμενος ἑαυτῷ ξένον τε καὶ φίλον ἐκτήσατο ἐς τὰ μάλιστα.

Ὀρχάνης μὲν δὴ βασιλεύσας ἔτη . . ἐτελεύτησε, παῖδας 5 καταλιπὼν Σουλαϊμάνην τε καὶ Ἀμουράτην. Σουλαϊμάνης μὲν οὖν ὁ Ὀρχάνεω τὴν βασιλείαν παραλαβὼν τοῖς τε Ἕλλησιν ἐπιὼν ἐπολέμει αὐτίκα, καὶ ἀνδράποδα ἀπὸ τῆς ἐς τὴν Ἀσίαν Ἑλλήνων χώρας ὡς πλεῖστα ἀγόμενος καὶ ἐς Εὐρώπην D διαβάς, τῶν μετὰ Χαλίλεω πρότερον κατὰ τὴν Χερρόνησον 10 πρὸς Ἕλληνας διενεχθέντων ἐναγόντων τε καὶ ἐξηγουμένων αὐτῷ τὴν διάβασιν, ὡς ἡ Εὐρώπη εἴη τε χώρα περικαλλὴς καὶ εὐχερὴς χειρώσασθαι ὑπὸ Σουλαϊμάνεω βασιλέως. ἐντεῦθεν διαβιβάσας στρατὸν οὐ πολύν, τήν τε Χερρόνησον ληΐζεσθαι, καὶ τὸ πρότερον ἔτι φρούριον καὶ Μάδυτον κα- 15 τασχόντες καὶ ἄλλ' ἄττα πολίσματα κατὰ τὴν Χερρόνησον, ἐπέδραμόν τε τὴν Θρᾴκην ἔστε ἐπὶ Ταίαρον τὸν ποταμόν, καὶ τά τε ἀνδράποδα ἐς τὴν Ἀσίαν διεβίβαζον. καὶ οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ Τούρκων, ὅσοι ἐπυνθάνοντο ταῦτα, αὐτίκα ἐς τὴν Εὐ- P. 13 ρώπην παρὰ Σουλαϊμάνην διέβαινον, καὶ συνελέγοντο εἰς τὴν 20 Χερρόνησον οὐκ ὀλίγοι· ἔνθα δὴ καὶ ἐπὶ γεωργίαν τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας φειδοῖ τῆς ἑαυτῶν χώρας ἐτράποντο. ὕστερον μέντοι ὁ Ἑλλήνων βασιλεὺς διαπρεσβευσάμενος σπονδάς τε

11. αὐτῶν P

regnum retinendum attinebat, ponendo. at Cantacuzenus cum pupillum regno privasset, Orchanemque data in matrimonium filia affinem ascivisset, eum et amicissimum et familiarissimum in posterum expertus est.

Orchanes cum regnasset annos circiter viginti duo, mortem obiit (1359), relictis filiis Sulaimane et Amurata. Sulaimanes inito regno arma contra Graecos cepit. captis igitur mancipiis quamplurimis ex ea Graecorum regione quam in Asia possidebant, etiam in Europam traiecit, hortantibus et instigantibus iis Turcis qui ante cum Chatite in Europam transierant. hi edocebant profectionem, qua commodissime in Europam veniretur. praeterea narrabant Europae regionem esse amoenissimam captuque facilem. transmisso itaque exercitu haud magno Chersoneson populati sunt; devictisque oppidulis quibusdam, praesidioque Chersonesi Madytoque domitis, irruerunt in Thraciam, progressi usque ad flumen Taenarum, mancipiis plurimis in Asiam traiectis, quae belli iure obvenerant. Turci qui in Asia remanserant, cum haec audissent, illico in Europam contenderunt ad Sulaimanem, et maxima brevi hominum multitudo in Chersoneson ad ipsum confluebat undique ex Asia; et eo loci agriculturae operam

ἐποιήσατο πρὸς Σουλαϊμάνην τὸν Ὀρχάνεω, καὶ ἐνῆγεν ἐπὶ τοὺς Τριβαλλούς, ἐφ' ᾧ τε αὐτοὺς ξένους τε καὶ φίλους εἶναι ἀλλήλοις καὶ τὸν πρὸς τοὺς Τριβαλλοὺς πόλεμον συνδιαφέρειν ἅμα ἀμφοτέρους.

Ἔνιοι μὲν οὖν φασὶν ὡς ἔτι περιόντος Ὀρχάνεω ἐν τῇ 5 Ἀσίᾳ τὸν παῖδα αὐτοῦ Σουλαϊμάνην ἐς τὴν Εὐρώπην διαβῆναι μεταπεμπομένου ἐπὶ τοὺς Τριβαλλοὺς τοῦ τῶν Ἑλλήνων B βασιλέως· τοὺς μέντοι Τριβαλλῶν ἡγεμόνας ὧδε ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ τῆς Εὐρώπης πράγματα ἐπυθόμεθα. Στέπανος ἐγένετο βασιλεὺς Τριβαλλῶν, ὃς ορμώμενος ἦν ἀπὸ τῆς ἐς τὸν Ἰόνιον 10 χώρας, τὰ περὶ Ἐπίδαμνον καταστρεψάμενος, καὶ ἐς τὴν Μακεδονίαν ἠλάσατο, καὶ ἐς τὴν τῶν Σκοπίων τὰ βασίλεια ἐποιήσατο. εἶεν δ' ἂν οὗτοι, ὅσα γε ἔξεστι τεκμαίρεσθαι ὅθεν προαγαγεῖν ἐπὶ τὴν τῆς Εὐρώπης ἡγεμονίαν ἀφίκοντο, Ἰλλυριῶν γένος, ἀπὸ τῆς πρὸς ἑσπέραν τῆς ἐς τὸν Ἰόνιον χώρας 15 προελθόντες ἐπὶ τὴν τῶν Σκοπίων πόλιν, τῇ τε φωνῇ παραπλησίᾳ χρώμενοι ἐκείνοις, καὶ γένος δὲ ἐκεῖνο τῶν Ἰλλυριῶν C μέγα τε καὶ ἐπὶ πλεῖστον διῆκον τοῦ Ἰονίου πελάγους, ἔστε ἐπὶ Ἑνετούς, ὡς ἂν ἔχειν οὐ χαλεπῶς τεκμαίρεσθαι ἀπ' ἐκείνων δὲ τότε ἀνὰ τὴν Εὐρώπην σκεδασθέντας ἀχθῆναι. φωνῇ 20 τε γὰρ ἀμφότεροι τῇ αὐτῇ χρῶνται ἔτι καὶ νῦν, καὶ ἤθεσι

6. ἐς om P 9. στέπανος (φ) T 11. τὸ πυρὶ P: corr H
17. χρώμενον T, χρωμένων P

dabant, agris suis in Asia parcentes. deinde rex Graecorum legatis missis, cum Sulaimane, Orchanis filio pacem fecit, amicosque et hospites in futurum se mutuo fore testati sunt; et coniunctis copiis bellum in Triballos (qui et Bulgari) transtulerunt.

Quidam perhibent adhuc superstite Orchane Sulaimanem filium transisse in Europam, accersitum adversus Triballos ab Graecorum rege. Triballi autem eo, quem trademus, modo ad Europae imperium devenerunt. Stephanus (quem Stepanum alii) Triballorum rex, profectus ab ea regione quae versus Ionium patet, igne incendiisque plurimis Epidamni regionem devastans, etiam Epidamnum (quod et Dyrrachium) subegit; et hinc in Macedoniam exercitus duxit, Scopiorumque urbem regni sedem declaravit. fuerunt autem isti, quantum coniicere licet ex profectione eorum, qua delati sunt ad Europae imperium, genus Illyriorum, qui progressi ab Occidentali versus Ionium regione venerunt ad Scopiorum urbem, lingua etiamnum non dissimili utentes. istud Illyricorum genus cum longe lateque teneret mare Ionium, etiam Venetos attigit. reliqui ab iis segregati per Europam dispersi sunt, etiam hodie non multum lingua moribusque et victus ratione abhorrentes. constat itaque eorum sententiam haud

τοῖς αὐτοῖς καὶ διαίτῃ, ὥστε οὐκ ὀρθῶς ἂν λέγοιεν οἱ γνώμην ἀποδεικνύμενοι περὶ Ἰλλυριῶν ὡς εἴησαν οἱ νῦν Ἀλβανοί. ἀρχὴν δὲ ἐγὼ οὐδὲ προσίεμαι τὸν λόγον, ὡς εἴησαν Ἰλλυριῶν γένος οἱ Ἀλβανοί. ὡς μὲν οὖν ἀπ' Ἐπιδάμνου καὶ
5 οὗτοι ὥρμηντο ἐς τὴν πρὸς ἕω χώραν τῆς Εὐρώπης, ἐπὶ V. 11
Θετταλίαν τε ἀφικόμενοι καὶ ἐπὶ Αἰτωλίαν καὶ Ἀκαρνανίαν, οὐκ ὀλίγα ἄττα τῆς Μακεδονίας χωρία ὑφ' αὑτοῖς πεποιημένοι ᾤκουν, οἶδά τε αὐτὸς ἐπιστάμενος, ἀπὸ πολλῶν τεκμαιρόμενος, καὶ πολλῶν δὴ ἀκήκοα. εἴτε μὲν οὖν ἀπὸ Ἰαπυγίας, ὡς D
10 ἔνιοι φασίν, ἐς Ἐπίδαμνον διαβάντες ἐπὶ τὴν χώραν ἣν ὑπηγάγοντο σφίσιν ἄλλος ἄλλῃ ἀφίκοντο, εἴτε αὐτοῦ περὶ Ἐπίδαμνον τὴν ἀρχὴν Ἰλλυριῶν ὅμοροι προϊόντες κατὰ βραχὺ κατέσχον τὴν πρὸς ἕω τῆς Ἐπιδάμνου χώραν, οὐκ ἔχω ὅπῃ συμβάλλωμαι ἀσφαλῶς. ᾗ μὲν ἄμφω τὼ γένεε τούτω, Τρι-
15 βαλοί τε καὶ Ἀλβανοί, ἀπὸ τῆς ἐς τὸν Ἰόνιον χώρας ὡρμημένω, τὸ μὲν πρὸς ἕω τῆς Εὐρώπης ἰόντες τὴν ταύτῃ χώραν καὶ οὐκ ὀλίγα σφίσιν ἐς τὴν ἀρχὴν ὑπηγάγοντο, τὸ δὲ πρὸς P. 14
ἑσπέραν ὡρμημένον σχεδὸν ἔστε Εὔξεινον πόντον ἀφίκοντο καὶ ἐπὶ Ἴστρον, ἄχρι Θετταλίας ἐλάσαντες, ὧδέ μοι εἰρήσεται.
20 Ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τῆς τῶν Σκοπίων πόλεως ὡρμημένος, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ἄνδρας τε τὰ ἐς πόλεμον ἀγαθοὺς καὶ στρατιὰν οὐ φαύλην, πρῶτα μὲν τὰ περὶ Καστορίαν κατε-

7. χώραν P 15. τὸ P

veritate niti, qui pronuntiant Illyrios esse eos quos Albanos nominamus. nec vero principium eius sermonis admitto, qui astruere conatur Albanos esse Illyrici generis. quod autem et Albani ab Epidamno prodeuntes in Europae regionem maritimam, quae Orientem respicit, venerint, Aetoliaque Arcanania nec non magna Macedonum regionis parte subacta ibi habitarint, etiam ipse novi, multis coniecturis eo deductus, et multisque super ea re auditis. an vero ab Iapygia iter facientes, ut quidam censent, in Epidamnum transierint, et hinc in eam regionem, quam tandem subiecere, pervenerint, sive cum essent finitimi Illyricis Epidamnum colentibus, accedentes paulatim regionem Epidamni, qua in Orientem patet, occupaverint, nescio qua ratione quam verissime assequar. at nos explanabimus ut utraque haec hominum genera, Triballi et Albani, egressi ab ea regione quae spectat Ionium, transierint per regionem Europae, quae in Orientem vergit, ibique habitaverint, nec modicas regiones suo imperio adiecerint, versus Occidentem iter instituentes, cum etiam propemodum ad Euxinum mare accesserint, Istrum et Thessaliam adierint. quae omnia in hunc modum evenerunt.

Rex horum digrediens ab urbe Scopiorum, munitus viris rei militaris peritissimis et validissimo exercitu, loca Castoriae finitima in

στρέψατο χωρία, καὶ ἐπὶ Μακεδονίαν ἐλάσας, πλὴν Θέρμης τὰ ἄλλα ὑφ' αὑτῷ ποιησάμενος, ἐπὶ Σάβαν τε προελαύνων καὶ ἐπὶ τὰ κατὰ τὸν Ἴστρον χωρία, μεγάλα ἀπεδείκνυτο ἔργα, καὶ τήν τε χώραν ταύτῃ σύμπασαν καταστρεψάμενος εἶχε. τάξας δὲ ἀνὰ τὴν Εὐρώπην τῶν ὑποχειρίων ἄλλους ἄλλῃ ἐπὶ 5
B μέγα τε ἐχώρει δυνάμεως, καὶ ἐπὶ Ἕλληνας ἤλαυνε τὴν ἀρχὴν ἀφαιρησόμενος, καὶ πολλαχῇ ἐπὶ τὰ κατὰ τὸ Βυζάντιον χωρία στρατὸν ἐπαφεὶς ἀπέδραμέ τε καὶ ἀνεχώρει. καὶ ἦν ἐπὶ τούτου τὰ Ἑλλήνων πράγματα προσδόκιμα ἐπὶ τὸν ἔσχατον ἀφίξεσθαι κίνδυνον, ὑπὸ σφῶν τε αὐτῶν περιτρεπόμενα κατὰ 10 τὴν τῆς βασιλείας ῥαστώνην, ἐπὶ τὸ ἀκόλαστον καὶ ἀνειμένον τῆς διαίτης Ἀνδρονίκου, τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως φημί, τετραμμένου ταύτῃ. ἐς μάχην μὲν οὖν τὸ Ἑλληνικὸν γένος ἐπελθεῖν καὶ διαπειρᾶσθαι γνώμην οὐκ ἐποιεῖτο, σώζειν μέντοι τὰ τείχη τρόπῳ ὅτῳ ἂν δύναιντο ἀσφαλεστάτῳ. ἤλασε 15
C μὲν οὖν καὶ ἐπὶ Αἰτωλίαν, καὶ Ἰωαννίων τὴν πόλιν εἷλε. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Μακεδονίαν περὶ Ἀξιὸν ποταμὸν Ζάρκῳ ἐπέτρεψεν, ἀνδρὶ ἐς τὰ πρῶτα τιμῆς ἀνήκοντι παρ' ἑαυτῷ, τὰ δὲ ἀπὸ Φερρῶν ἔστε ἐπὶ Ἀξιὸν Πογδάνῳ ἀνδρὶ ἀγαθῷ καὶ τὰ ἐς πόλεμον οὐκ ἀδοκίμῳ, τὰ δὲ ἀπὸ Φερρῶν ἔστε ἐπὶ Ἴστρον 20 Κράλῃ τε καὶ Οὐγγλέσῃ τοῖν ἀδελφοῖν, ὧν θάτερος μὲν οἰνοχόος ἦν τοῦ βασιλέως, ὁ δὲ ἕτερος ἱπποκόμος. τὰ μέντοι περὶ τὸν Ἴστρον Βούλκῳ τῷ Ἐλεαζάρῳ τοῦ Πράγκου ἐπέ-

8. ἐπέδραμέ?

dicionem redegit. motis deinde castris in Macedoniam, praeter Thermam omnia subiugans, bellum ad Savum usque promovit; et in Istria res praeclare gerens universa ea potiebatur regione. dispositis dein per Europam viris, ubi necesse erat, fidissimis, in magnam adolevit potentiam. etiam Graecos bello aggressus, ut ipsorum regnum destrueret. emisso itaque equitatu in loca Byzantio propinqua, cum ea graviter afflixisset, abibat. Graeci ab hoc sibi extrema timebant, cum regnum per incuriam periret, Andronicusque senior rex dissolutiori victui se mancipasset. Graeci nullum contra illum pugnandi inibant consilium, verum omnis salutis spes in moenibus defensandis sita erat. iter dehinc intendens in Aetoliam, Ioanniam sive Ioanninam, olim Cassiopen dictam, urbem suo imperio adiunxit. Macedoniam, qua finitima est Axio flumini, commisit Zarco, viro apud ipsum dignitate primario. eam regionis partem quae a Pherris tendit usque ad Axium flumen, Pogdano tribuit, viro bono et rei militaris peritissimo. regionem quae a Pherris excurrit ad Istrum Chrati et Unglesi fratribus concessit, quorum alter regius pocillator, alter equorum regiorum curator erat. regionem Istro adiacentem nactus est, contri-

τρεψε, καὶ τὰ ἀμφὶ τὴν Τρίκην καὶ Καστορίαν Νικολάῳ τῷ ζουπάνῳ, καὶ τὰ περὶ Αἰτωλίαν Πριαλούπι. τὰ δὲ περὶ Ὀχρίδα τε καὶ Πριλιαπαῖον χώραν οὕτω καλουμένην ἐπέτρεψε Πλαδίκῃ εὐθύνειν, ἀνδρὶ οὐκ ἀγεννεῖ. τούτοις μὲν δὴ
5 ἐπυθόμεθα ἐπιτετράφθαι τὰ κατὰ τὴν Εὐρώπην ὑπὸ Στεπάνεω τοῦ βασιλέως· ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησε βασιλεύς, ἕκαστος ἣν D κατεῖχε χώραν ἐπιτετραμμένος ἦρχόν τε, καὶ ἀλλήλοις εἰρήνην συνθέμενοι σφῶν μὲν αὐτῶν τοι ἀπείχοντο, τοῖς δὲ Ἕλλησιν, ὡς ἑκάστῳ προεχώρει, ἐπετίθεντό τε καὶ ἐπολέμουν. Μι-
10 χαῆλον μέντοι τὸν Μυσῶν ἡγεμόνα, ἀπὸ τὰ κάτω τοῦ Ἴστρου ἐπινεμόμενον ἐπὶ Εὔξεινον πόντον καὶ τὰ βασίλεια ἐν Τρινάβῳ ποιησάμενον, παλαιότερον γενόμενον Στεπάνεω, ἀναπυνθανόμενος εὑρίσκω ὡς ταύτῃ Βουλγάρους μὲν τούτους, οὕς γε Μυσοὺς ὀνομάζομεν, Σέρβους δὲ ἐκείνους καὶ Τριβα- V. 12
15 λοὺς διακεκρίσθαι ἀπ' ἀλλήλων ἐς τοὔνομα ξυνηνέχθη ἀπὸ τούτου. τούτω δὲ ἄμφω τὼ γένεε ὡς παντάπασιν ἑτέρω ὄντε P. 15 ἀλλήλων, καὶ διεστηκότε νομίζεσθαι. ὡς μὲν ἕκαστος τούτων τήν τε ἀρχὴν ἀφῄρηντο ὑπὸ βαρβάρων καὶ αὐτοί τε ἀπώλοντο, ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου ἰόντι εἰρήσεταί μοι.

20 Σουλαϊμάνης μὲν οὖν ἐπείτε τὰ κατὰ τὴν Χερρόνησον πολίσματα πλὴν Καλλιουπόλεως κατέσχετε καὶ ἐνηυλίζετο, ὥστε ἔχειν ὁρμώμενος ἀπὸ τούτων τὰ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης χωρία

20 ἐπί P: corr H

buente rege, Bulcus Eleazarus, Pranci filius. Trica et Castoria obvenere Nicolao Zupano. Aetolia decreta est Prialupi. Ochridem et regionem Priliapaeam dictam Pladicae viro haud ignobili regendam dedit. commemoratos modo viros accepimus Europae regionibus praefectos esse a rege Stepano; qui ubi exhalavit animam, singuli suas regiones, quas a vivo gubernandas acceperant, retinuere, foederibusque inter sese ictis a se mutuo bello abstinuerunt. Graecis vero, ut cuique opportunum erat, admodum bellicis armis molesti erant. Michaelem Mysiorum ducem, qui imperavit locis Istro subiectis et regni sui sedem Trinabi constituit, Stepano antiquiorem extitisse audivi; praeterea Bulgaros, quos Mysios vocamus, ibi sedes tenuisse accepi; Servios autem sive Sorabros et Triballos a se discretos, tandem ad istud nomen emersisse. utraque ista genera hominum cum diversa sint, non ad unum referenda sunt. ut autem singuli isti populi regno suo a barbaris sint exacti, ipsique prorsus interciderint, in sequentibus exponetur.

Solaimanes cum Chersonesi urbes praeter Callipolim subegisset omnes, profectus est cum exercitu adversus Thraciam, ut et hanc suam faceret. cum autem pacem fecisset cum Graecis, expeditionem

ἐλαύνων καταστρέφεσθαι, ὡς τοῖς Ἕλλησιν εἰρήνην ἐποιήσατο, ἐστράτευεν ἐπὶ Κράλην τε καὶ Οὔγγλεσιν τοὺς Τριβαλλῶν ἡγεμόνας, οἳ δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐπετίθεντο καὶ χαλεποὶ ἦσαν διὰ τὸ μηδέποτε ἡσυχίαν ἄγειν ἀλλ' ἀεὶ κακῶς ποιεῖν πολεμοῦντας τοῖς Ἕλλησιν. οὗτοι μὲν οὖν ὡς ἐπύθοντο Σουλαϊ- 5 B μάνη διαβάντα ἐς τὴν Εὐρώπην δῃοῦν τε ἐπὶ τῇ Ἑλληνικῇ τὴν σφετέραν αὐτῶν χώραν καὶ διαρπάζειν μηδενὸς φειδόμενον, ἐστρατεύοντο ἐπὶ τοὺς Τούρκους, καὶ συμβαλόντες μάχῃ τε ἐκράτησαν καὶ διέφθειρον οὐκ ὀλίγους ἐν τῇ ἐπιδρομῇ. μετὰ δὲ ταῦτα ὡς ᾔσθοντο ἤδη τὰ Τούρκων πράγματα 10 ταχὺ ἐπὶ μέγα προχωροῦντα δυνάμεως, καὶ τοὺς ἀπὸ Ἀσίας Τούρκους ἀεὶ διαβαίνοντας προσγίνεσθαι αὐτῷ, ὥστε καὶ ἐς πολιορκίαν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην πόλεων καθίστασθαι, καὶ προϊόντας ἐπὶ τὴν μεσόγαιον τῆς Θρᾴκης, συνελέγοντό τε στράτευμα ἀμφότεροι. Οὔγγλεσις μὲν οὖν ὥρμητο ἀπὸ Φερ- 15 C ρῶν ἐπὶ τοὺς Τούρκους, ἐν αἷς τὰ βασίλεια ἦν αὐτῷ· Κράλης τε ἅμα αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς στράτευμα ἔχων ἀπὸ τῆς μεσογαίου τῆς Θρᾴκης συνῄει τῷ ἀδελφῷ ὡς στρατευσόμενοι ἅμα ἐπὶ τοὺς Τούρκους. ὁ μὲν οὖν Σουλαϊμάνης ἔτυχε πολιορκῶν πόλισμα τὸ παρὰ Ταίαρον ποταμόν, διέχον ἀπὸ 20 Ἀδριανουπόλεως σταδίους ὡσεὶ ἑβδομήκοντα· καὶ σκηνὰς μὲν αὐτοῦ οὐκ ὀλίγας ἀπὸ πίλων αἰγῶν ἐπήξατο, ἐν αἷς δὴ οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν Σκύθαι τε οἱ νομάδες καὶ Τούρκων οἱ πρὸς

19. ἐπὶ add H

suscepit contra Chratem et Unglesem Triballorum duces, qui Graecis admodum intolerandi erant, feroces et bellicosi. qui ubi resciverunt Sulaimanem processisse in Europam, regionem ipsorum in Graecia sitam vastare, praedasque nemini parcentem confertim agere, copias et ipsi suas adversus Turcos duxerunt; consertisque manibus victores praelio abierunt, plurimis prima coitione interfectis. deinde certiores redditi Turcorum res usque augeri, sibique tandem intolerabiles fore, cum plurimi Turci usque ex Asia ad Sulaimanem concurrant Europaeasque urbes obsidione urgeant, his exciti, uterque in mediterranea Thraciae pergit et copias parat. Ungleses a Pherris, ubi regia erat, in Turcos progreditur. Chrates autem, praedicti frater, copiis plurimis contractis ad fratrem per mediterranea Thraciae commeat, communi consilio iunctisque viribus bellum Turcis illaturi. sub idem tempus Sulaimanes oppidum oppugnabat ad Taenarum fluvium situm, distans a Callipoli stadiis circiter septuaginta, plurimis tentoriis, quae eo advexerat, per circuitum fixis, in quibus Scythae Turcique, quotquot pastoralem vitam sequuntur, quam suavissime de-

τόνδε τὸν βίον τετραμμένοι δηοῦν εἰώθασι, καὶ ἐπολιόρκει τὸ χωρίον προσέχων ἐντεταμένως. διατρίβοντα δὲ αὐτὸν λέγεται, ὡς τάχιστα ἐπύθετο ἐπιόντας οἱ τοὺς πολεμίους, λαβεῖν τε ἐπιλεξάμενον ἄνδρας ἐς ὀκτακοσίους τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἀρίστων, 5 καὶ νυκτὸς ἐπελάσαντα ἐς τὸ πολεμίων στρατόπεδον καταδυόμενον, ὡς ἤδη ἡ ἠὼς ὑπέφαινε, καὶ οὔτε φυλακὰς ἔχοντας τοὺς πολεμίους ἑώρα αὐτούς τε τὰ πολλὰ παρὰ Ταίαρον ποταμόν, ὃς ὕδωρ κάλλιστόν τε παρέχεται πιεῖν καὶ ὑγιεινότατον (θέρους δὲ ἦν ὥρα), ὀλιγώρως τε τῶν ὅπλων σφίσιν αὐ-10 τοῖς καὶ τῶν ἵππων ἔχοντας, οἷα τοὺς πολεμίους ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιουμένους, ἐπὶ ῥαστώνην τετραμμένους, κατὰ Κερμιανὸν χῶρον ἐπεισπεσεῖν τε ἄφνω σὺν τοῖς ὀκτακοσίοις καὶ διαφθεῖραι σύμπαντα τὸν στρατόν, κτείνοντας ἀφειδέστατα, ὥστε τοὺς πλείονας αὐτῶν πεσεῖν ἐς τὸν ποταμόν, καὶ ἐν 15 ἀπορίᾳ εἴχοντο ὅποι τράπωνται γενόμενοι, καὶ ταύτῃ διαφθαρῆναι. ἔνθα ὅ τε Οὔγγλεσις ἀπώλετο καὶ ὁ Κράλης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ. ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διεφθάρη, οὐκ P. 16 ᾔδει οὐδείς, ὥστε οἴεσθαι τοὺς προσήκοντας αὐτῷ περιεῖναι ἔτι αὐτὸν ἐπὶ πολήν τινα χρόνον.

20 Ὡς οὖν ταύτην τὴν νίκην εὐκλεῆ καὶ περιφανῆ ἀνείλετο Σουλαϊμάνης, τό τε πόλισμα ὃ ἐπολιόρκει πρότερον παρεστήσατο, καὶ Ὀρεστιάδα τὴν Ἀδριανούπολιν καλουμένην

1. δηοῦν] βιοῦν? 5. καταδηόμενον P: corr H 8. ὡς P

gunt; assidensque urbi, intentus oppugnationi insistebat, et studio expugnandae urbis adstrictus accipit hostium adventum. deligit igitur ex suis octingentos, nocturnisque itineribus prima aurora ad hostium castra pervenit. eos deprehendit nec solitas vigilias obeuntes laxatisque custodiis affusos Taenaro fluvio praebenti aquam potu quidem pessimam, eandem vero et saluberrimam. aestatis tempus erat, quo nec arma nec equos perinde curabant, putantes se planissime ab hostium incursionibus securos et tutos. hos nec opinantes, et in Cermiani regione in luxuriam effusos altaque quiete sopitos, Sulaimanes stipatus octingentis militibus delectis adoritur; caedemque maximam, impigre obvios mactando, hostium fecit. multi in flumen fuga praepropera delati, dubii quonam se verterent, ibi inter cunctandi moras occubuerunt. in hoc praelio desideratus est Ungleses: etiam Chrates occisus est. ut autem hic interierit, ignoratur. hunc eius propinqui qui eum sanguine contingebant, aliquandiu post praelium istud vixisse credidere.

Sulaimanes victoria illa insigni et illustri clarus facile tandem etiam oppidulum, quod obsederat, suo imperio adiicit. exercitus Orestiadi quoque, quam Hadrianopolim appellant, admovit.

ἐλαύνων ἐπολιόρκει. ἔτυχε δὲ τήνδε τὴν πόλιν περὶ ἀμητὸν πολιορκῶν, καὶ προσβάλλων τῷ τείχει θαμὰ οὐκ ἀνίει. ἐν τούτῳ δὲ ὄντος Σουλαϊμάνεω, τυχεῖν νεανίαν λέγουσι τῶν ἐν τῇ πόλει κατὰ ὀπήν τινα, ἀπὸ τῆς πόλεως φέρουσαν ἔξω,
V. 13 λάθρα τε ἐξιόντα νυκτὸς ἀμῶντα πυροὺς κατὰ τὴν ὀπὴν ταύ- 5
B την διαφορεῖν ἐς τὴν πόλιν, καὶ τοῦτο συνεχῶς ποιοῦντα ὀφθῆναι ὑπό τινος τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ. ἰδόντα δὲ τὸν Τοῦρκον, ᾗ εἰσῄει ὁ νεανίας, ἑφεπόμενον κατόπιν γενέσθαι κατὰ τὴν ὀπήν, πειραθῆναί τε αὐτῆς, καὶ εἰσιόντα ἐς τὴν πόλιν αὖθις ἐς τὸ στρατόπεδον γενέσθαι, καὶ ἀφικόμενον 10 παρὰ Σουλαϊμάνη ἐξειπεῖν τε τὴν εἴσοδον καὶ αὐτὸν αὐτίκα ἐξηγεῖσθαι. πειραθέντα δὲ τῆς εἰσόδου τὸν ἡγεμόνα καταλαβεῖν τε τὴν πόλιν ταύτῃ καὶ ὑφ' αὑτῷ ποιήσασθαι. μετὰ δὲ ταῦτα εἰς Φιλιππόπολιν ἐλαύνοντα ἑλεῖν τε καὶ ταύτην τὴν πόλιν καὶ παραστήσασθαι ὁμολογίᾳ. 15

Λέγεται δὲ γένεσθαι τούτῳ τῷ βασιλεῖ ἄνδρα ἐπὶ στρα-
C τηγίας ἐπισημότατόν τε καὶ ἐξηγεῖσθαι δεινότατον ἐπὶ πόλεμόν τε καὶ ἐπιδρομάς. καὶ οἱ μὲν λέγουσιν αὐτὸν τὰ πλείω ἀποδεικνύμενον πάμπολυ ταχύ τε καὶ παραχρῆμα ἐπιδεδωκέναι. νοσήσαντος δὲ Σουλαϊμάνεω καὶ ἐπὶ Ἀσίαν ἐπειγομέ- 20 νου, τὴν νόσον οἱ χαλεπωτέραν γενομένην ἀπενέγκαι ἐκ τοῦ

1. τήν τε τὴν πόλιν Περιδμητὸν P 2. προβάλλων P

circumsedit et Peridmetum infestis exercitibus, aggressusque murum, coeptis non succedebat. cum autem ibi haereret intentus obsidioni urbis Sulaimanes, ferunt adolescentem quendam clam solitum egredi urbe per rimam quandam muri, ad demetendum frumentum; deinde frumento onustus, per eundem locum in urbem remeabat. cumque hoc frequenter faceret, tandem visus est a milite quodam Turco ibi stipendia faciente. Turcus autem animadvertens, qua muri parte intrare adolescens solitus erat, a tergo eum secutus est, tentaturus si per eam rimam in urbem sibi pateret aditus. urbem itaque ingressus est. quo facto rediit in castra ad Sulaimanem, actaque edocet. Sulaimanes igitur eductis in aciem copiis ad urbem accessit. in quam cum irrepsisset, duce Turco qui rimam invenerat muri, illico eius dominium nactus est. postea promotis castris Philopolim obsidet; quae tandem pactionibus in eius fidem traditur.

Ferunt hunc regem habuisse virum rei militaris perquam gnarum, quo nullus fuerit superior incursionibus faciendis bellisque gerundis. praeterea aiunt ad tantam potentiam eum hac ex causa venisse, quod summa celeritate in rebus gerendis uteretur. Sulaimanes morbo implicatus est. hinc festinabat in Asiam. morbo tandem

βίου αὐτόν. τελευτῶντα δὲ ἐπιτεῖλαι τοῖς ἀμφ' αὐτὸν θάψαι τε τὸ σῶμα αὐτοῦ ταύτῃ, κατὰ τὸν τῆς Χερρονήσου ἰσθμόν, ᾗ δὴ καὶ συνέβη πρότερον τελευτήσαντα τὸν παῖδα αὐτοῦ θάψαι τε μεγαλοπρεπῶς καὶ ἐξήνεγκε· καὶ τῷ σήματι 5 ταξάμενος φόρους, ὥστε παννυχίᾳ χρῆσθαι τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν ἐπὶ τῷ μνήματι, αὐτόν τε ἐκέλευσεν αὐτοῦ θάψαι ἅμα τῷ παιδὶ αὐτοῦ.

Ἐπείτε δὲ αὐτοῦ ἐτελεύτησεν, Ἀμουράτης ὁ Ὀρχάνεω D παῖς, Σουλαϊμάνεω δὲ ἀδελφός, ὡς ἐπύθετό οἱ αὐτὸν τελευτή-10 σαντα, τούς τε νεήλυδας καὶ ἄλλους τοὺς τῶν θυρῶν ὄντας λαβὼν καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβὰς παρέλαβε τὸ στράτευμα αὐτοῦ ἅπαν, καὶ ἐπὶ Ἀδριανούπολιν ἐλάσας τὰ βασίλειά οἱ αὐτοῦ ἐποιήσατο. καὶ ἐντεῦθεν ὁρμώμενος ἐληίζετο τὴν τῆς Μακεδονίας μεσόγαιον χώραν, καὶ ἀνδράποδα συχνὰ ἀγόμε-15 νος ἐπλούτιζε τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ στρατιώτας, καὶ Τούρκων ὅσοι ἐπ' ἐλπίδι τοῦ κερδᾶναι ὁτιοῦν εἵποντο αὐτῷ, ἐδωρεῖτο ἀνδραπόδοις τε καὶ ὑποζυγίοις, ἃ ἡλίσκετο ἀπὸ Μυσῶν τε καὶ Ἑλλήνων. λέγεται μέντοι καὶ τόδε, ὡς Σουλαϊμάνης ἐπεὶ P. 17 ᾔσθετο τῆς Τριβαλλῶν καὶ Μυσῶν δυνάμεως ἐπ' αὐτὸν ἀθροι-20 ζομένης, καὶ ἔπραττεν ὥστε δοθῆναί οἱ ἑξάκις μυρίας δραχμάς, ὥστε ἀποδοῦναι αὐτοῖς ὅσα τῶν πολισμάτων προσηγάγετό οἱ, καὶ αὐτὸν οἴχεσθαι ἀπαλλαττόμενον ἐς τὴν Ἀσίαν

3. δὲ P 8. ἔπειτα P 22. "vel οἴχεσθαι vel ἀποχωρήσειν superfluum est." H

ingravescente moritur. moriens praecepit suis ut corpus sepelirent in Chersonesi isthmo, ubi antea contigerat filium suum fato fungi; et magnificae sepulturae tradi ordinavit, et reditus sacerdotibus qui eo loci erant, ut celebrarent nocturnos ludos ad sepulcrum, seque filii sepulturae iungi voluit.

Cum iam animam efflasset, Orchanis filius Amurata, Sulaimanis frater, re cognita, peregrinos (Ianizaros) et reliquos ianuarum milites assumens in Europam traiecit, exercitusque omnes qui ibi erant accepit. hinc contendens Hadrianopolim, eam sibi regni sedem designavit. rebus ita compositis incursionem in Macedoniae mediterraneam regionem fecit; brevique captis mancipiis plurimis, et alia praeda, milites suos admodum opulentos reddidit. Turcos, qui eum lucrandi animo comitabantur, mancipiis et iumentis Graecorum et Mysiorum, quae belli iure obvenerant, liberalissime donat. ferunt Sulaimanem, postquam nuntiatum erat Triballorum et Mysiorum copias adversum se pergere, collocutum cum Graecis, si numerarentur sibi sexaginta milia drachmarum, velle se restituere Graecis quaecunque in Thracia ipsorum cepisset oppida, et relicta Europa discessu-

ἀποχωρήσειν, τηνικαῦτα πολιορκοῦντα τὰ ἐν τῇ Θρᾴκῃ πολίσματα Ἑλλήνων. ὡς οὖν πυθόμενοι οἱ Ἕλληνες ἀπεδέχοντό τε καὶ ἕτοιμοι ἦσαν ἐπὶ τούτοις σπένδεσθαι, ξυνενεχθῆναι σεισμόν τε μέγαν καὶ τὰ τείχη τῶν πόλεων διαρραγῆναι, ὥστε αὐτοὺς ἑλεῖν ἀπὸ τούτου τὰ πλέω οἷς ἐπήλαυνον πολιορκοῦν-
B τες. καὶ ἑλόντας παρὰ τῶν Ἑλλήνων τὰ πολίσματα ἔχεσθαι τοῦ λοιποῦ τῆς Εὐρώπης, μηδέν τι τοιοῦτον ἔτι προσιεμένους.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἤλαυνεν ἐπὶ Μυσοὺς καὶ ἐπὶ Τριβαλλούς. τὸ δὲ γένος τοῦτο παλαιότατόν τε καὶ μέγιστον τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν, εἴτε ἀπὸ Ἰλλυριῶν μοίρας ἀπεσχισμένον ταύτην ᾤκησε τὴν χώραν, εἴτε, ὡς ἔνιοι, ἀπὸ τῆς πέραν τοῦ Ἴστρου ἐπ' ἐσχάτων τῆς Εὐρώπης, ἀπό τε Κροατίας καὶ Προυσίων τῶν ἐς τὸν ἀρκτῶον ὠκεανὸν καὶ Σαρματίας τῆς νῦν οὕτω Ῥωσίας καλουμένης, ἔστε ἐπὶ χώραν τὴν διὰ τὸ ψῦχος ἀοίκητον, κἀκεῖθεν ὡρμημένοι καὶ τόν τε Ἴστρον διαβάντες ἐπὶ τὴν ἐς τὸν Ἰόνιον χώραν ἀφίκοντο καὶ ταύτῃ ἐπὶ
V. 14 πολὺ ἐπὶ Ἐνετοὺς διήκουσαν καταστρεψάμενοι ᾤκησαν, εἴτε
C δὴ τοὐναντίον μᾶλλον εἰπεῖν ἄμεινον, ὡς ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς ἐς τὸν Ἰόνιον χώρας ὡρμημένοι καὶ Ἴστρον διαβάντες ἐπέκεινα ἐγένοντο τῆς οἰκουμένης, οὐκ ἂν δὴ λεγόμενον ἀσφαλῶς λέγοιτο ὑφ' ἡμῶν. τοσόνδε μέντοι ἐπίσταμαι, ὡς τοῖς ὀνόμασι ταῦτα δὴ τὰ γένη διεστηκότα ἀλλήλων ἤθεσι μὲν οὐκέτι,

rum in Asiam. hunc cum Graeci audissent suas in Thracia obsidere urbes, promptissimis quidem animis praedictam condicionem accepissent: at cum maximus terrae motus accidisset, oppidorumque muri procidissent, Turci accedentes armati urbes plurimas, etiam Graecorum, in dicionem suam redegere; nec amplius tales obtulere condiciones Graecis, verum Europam obtinuerunt.

Post haec bellum avertit in Mysios et Triballos. Triballos autem gentem esse totius orbis antiquissimam et maximam compertum habeo. appulerunt in hanc regionem, sive (variant enim auctores) divisi ab Illyriis, sive, ut quorundam sententia est, ab ea regione quae ultra Istrum in extrema Europa est, et a Croatia Prusiisque septentrionale mare accolentibus; necnon a Sarmatia, quam hodie Russiam vocant, propter suae regionis frigus invictum profecti, Istrumque transgressi, in regionem Ionio affusam penetrarunt, ubi quoque habitarunt, cum armis eam regionem quae Venetos spectat subegissent. si autem quis contrariam sequatur sententiam, quasi e regione versus Ionium vergente digressi Istroque superato in illam accesserint, unde eos antea prodiisse diximus, regionem, haud quidem con-

γλώττῃ δὲ καὶ φωνῇ τῇ αὐτῇ χρώμενοι κατάδηλοί εἰσιν ἔτι καὶ νῦν. ὡς μέντοι διέσπαρται ἀνὰ τὴν Εὐρώπην, πολλαχῇ ᾤκησαν, ἄλλῃ τε δὴ καὶ ἔν τινι τῆς Πελοποννήσου χώρας τε τῆς Λακωνικῆς ἐς τὸ Ταΰγετον ὄρος καὶ ἐς τὸ Ταίναρον ᾠκημέ-
5 νον. ᾧ δὴ καὶ ἀπὸ Δακίας ἐπὶ Πίνδον τὸ ἐς Θετταλίαν κα- D θῆκον ἐνοικῆσαν ἔθνος. Βράχοι δὲ ἀμφότεροι ὀνομάζονται· καὶ οὐκ ἂν δὴ ἔχω διεξιέναι ὁποτέρους ἂν τούτων λέγοιμι ἐπὶ τοὺς ἑτέρους ἀφικέσθαι. οὕτω δὴ κἀνταῦθα τούς τε Τριβαλλοὺς καὶ Μυσοὺς καὶ Ἰλλυριοὺς καὶ Κροατίους καὶ
10 Πολανίους καὶ Σαρμάτας τὴν αὐτὴν ἐπίσταμαι ἱέντας φωνήν· εἰ δέοι ταύτῃ τεκμαιρόμενον λέγειν, εἴη ἂν τοῦτο τὸ γένος ταὐτό τε καὶ ἓν καὶ ὁμόφυλον ἑαυτῷ. ὑπὸ δὲ τοῦ καιροῦ ἐς ἤθη τε διενηνεγμένα ἀλλήλων καὶ ἐπὶ χώραν ἄλλην ἀφικόμενοι ᾤκησαν. οὐκοῦν δὴ λέγεται πρὸς οὐδένων ὥστε σα-
15 φές τι περὶ αὐτῶν ἔχειν ἡμᾶς ἐς ἱστορίαν ἀποδείκνυσθαι. βασιλεῖα μὲν ἔστιν αὐτοῖς κἀνταῦθα τοῦ Ἴστρου καὶ πέραν τε, P. 18 τό τε γένος τοῦτο πολὺ μεῖζον καὶ ἐπὶ πολὺ μᾶλλον διῆκον, ὥστ' ἂν μᾶλλον ἐκεῖθεν φάναι κάλλιον παρέχον ἐπὶ τάδε ἀφικέσθαι τὸ γένος τοῦτο, καὶ οἰκῆσαι πρὸς τῇ κατὰ τὸν Ἰό-
20 νιον χώρᾳ, καὶ [παρὰ] τὸν Ἴστρον διαβῆναι, καὶ αὐτοῦ μᾶλλον οἰκῆσαι ἢ ἐντεῦθεν ὡρμημένον ἐπὶ τὰ ἐκεῖ τῆς οἰκουμένης σχεδόν τι ἀοίκητα ἀφικέσθαι. εἴτε μὲν οὖν ἀνάγκῃ τινὶ

6. βράχοι T (λ) 19. τὸ P

tendero; nec tamen eam tuto arripere audeo. attamen scio, quàmvis populi isti nominibus sint discreti, non tamen moribus quicquam inter se differunt: idem linguae usus iisdem etiam hodie est. dispersi hinc inde domicilia per totam habuere Europam, incolentibus quibusdam de illo grege Peloponnesi regionem Laonicam, qua patet ad montem Taugetum et ad Taenarum. ubi etiam habitavit a Dacia ad Pindum usque montem, in Thessaliam se proiicientem, alius quidam populus: utrisque nomen fuit Bacchi. nec tamen scio utrum in Epiros commigrasse asseverem. haud me fugit Triballos Mysios Illyrios Polonos et Sarmatas eadem inter sese lingua uti. si igitur hinc coniecturam facere licet, existimo omnes istos unum hominum esse genus nec diversum. ut autem tandem in diversos abierint mores et in alias concesserint regiones, a nullo accepi, ut certum quid de iis praesenti historiae inserere ausim. ultra citraque Istrum colunt, longe lateque regnantes. itaque, mea quidem sententia, magis verisimile videtur hoc hominum genus variis fortunae procellis iactatum Ionii regionem insedisse, traiectoque Istro ibi sedes fixisse; ibidemque potius habitasse, quam inde discedentes adierint ad eum

προηγμένον, εἴτε καὶ ἑκούσιον ἐπ' ἄμυναν στελλόμενον χωρὶς οὕτω ἀπ' ἀλλήλων ἀπῳκισμένον ἔτυχεν ὡς ἔστιν ἰδεῖν, τεκμαίρεσθαι μᾶλλόν τι ἢ διισχυρίζεσθαι δέοι ἄν. ἐντεῦθεν μὲν οὖν καὶ τήν τε ἄνω Μυσίαν καὶ κάτω Μυσίαν φάναι καλῶς B ἔχειν οἴονται ἔνιοι, ὡς τὴν ἄνω Μυσίαν οὐ τὴν ἐς τὰ ἄνω 5 τοῦ Ἴστρου ἀλλὰ τὴν ἐς τὸ πέραν τοῦ Ἴστρου ᾠκημένην χώραν, τὴν δὲ κάτω Μυσίαν οὐ τὴν ἐς τὰ κάτω τοῦ Ἴστρου ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τοῦτο τοῦ Ἴστρου χώραν, ἔστε ἐπὶ Ἰταλίαν κα θήκουσαν. τοὺς μέντοι Ἰουργάρους, οὓς κάτω Μυσίαν καλοῦσιν οἱ ἄμεινον Ἑλληνικῆς ἐπαΐοντες φωνῆς, ἐπίσταμαι κα- 10 θήκειν ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀπὸ τῆς Βιδίνης πόλεως ἔστε ἐπὶ Εὔξεινον πόντον, ἐν Τρινάβῳ πόλει τὰ βασίλεια σφίσιν ἀποδεικνυμένους.

Τούτοις μὲν οὖν ὁπότε Ἀλέξανδρον ὁ τῆς Σερβίας κράλης, ὁ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμών, ἐς τὴν βασιλείαν κατέστησεν, 15 ἐβασίλευέ τε οὕτως ἐς ὃ δὴ τελευτήσας κατέλιπε βασιλέα τοῦ C γένους τὸν παῖδα αὐτοῦ Σούσμανον, ἐφ' ὃν δὴ ἐστρατεύετο Ἀμουράτης ὁ Ὀρχάνεω. ἐπεὶ ἐς Τριβαλλοὺς ἐσέβαλε, καὶ μάχῃ κρατήσας αὐτῶν Φερράς τε ὑπηγάγετο πόλιν εὐδαίμονα, καὶ τὰ ἐς τὴν Ῥοδόπην χωρία καταστρεψάμενος μεγάλα ἀπε- 20 δείκνυτο ἔργα. Σαΐνῃ τε τὴν Φερρῶν ἐπιτρέψας πόλιν, ἀνδρὶ ἀγαθῷ, ἐστρατεύετο ἐπὶ Σούσμανον τὸν Μυσίας βασιλέα,

1. ἀπέμειναν P, ἐς ἀπέμυναν T   8. ἀλλὰ om P   18. ὃς ἐπεί?

orbis terrarum tractum, qui propemodum inhabitabilis sit hominibus. illi itaque sive necessitate sive voluntate tracti, ad sui defensionem seorsim a reliquis segregati habitare instituerunt, ut videre est magis coniectanti quam veritatem rei pronuntianti. at hic sitam esse superiorem et inferiorem Mysiam, non eam regionem recte dici quae supra Istrum, verum quae ultra Istrum colitur; nec etiam inferior Mysia nuncupatur regio quae Istro subiecta est. ad istam regionem Istri, quae ad Italiam usque se porrigit, Bulgaros, quos inferioris Mysiae incolas perhibent et Graecam linguam callere aiunt, scio pervenisse a Bydena urbe usque ad Euxinum pontum, Trinabum urbem regni sui sedem decernentes.

Hos quidem Alexander, quem Serviae Triballorumque dux Chrales regno praefecit, imperio rexit, donec moreretur, superstite filio Susmano, qui in paternum successit regnum. hunc bello aggressus est Amurates, Orchanis soboles. postquam autem castra in Triballos movit, eos praelio vicit; Pherrasque urbem opulentam in potestatem redegit, et loca Rhodopen spectantia in dicionem accepit, maximaque virtutis militaris patrabat opera. Saini viro optimo cum commisisset

καὶ συμβαλὼν αὐτοῦ ταύτῃ ἐτρέψατό τε τοὺς Μυσούς, καὶ διέφθειρεν οὐ πολλούς, διασωθέντας ἐπὶ τὰ ἐς τὸν Ἴστρον χωρία. διαπρεσβευσάμενος δὲ πρὸς Ἀμουράτην Σούσμανος ὁ Ἀλεξάνδρου σπονδάς τε ἐποιήσατο καὶ συμμαχίαν, ὥστε 5 τὸν αὐτὸν ἐχθρόν τε καὶ φίλον νομίζειν, καὶ ἐπιγαμίαν ποιησάμενος θυγατέρα αὐτοῦ, κάλλει τε ὑπερφέρουσαν καὶ ἀπὸ D Ἐβραΐδος, ἣν ἠγάγετο τρωθείς, γεννηθεῖσαν, τῷ Ἀμουράτῃ, ἐξέδοτο μέντοι καὶ ἑτέραν τῷ Ἑλλήνων βασιλεῖ, ὃς τηνικαῦτα V. 15 [τοῦ Ἑλλήνων] τὸν Καντακουζηνὸν ἀφελόμενος τὴν ἀρχὴν 10 ἐβασίλευε γένους τοῦ Ἑλληνικοῦ. ὁ μέντοι Καντακουζηνός, ἐπείτε ἐβασίλευε παῖδας δύο ἔχων, τὸν μὲν νεώτερον Ἐμμανουὴλ ἔπεμψεν ἐς Πελοπόννησον ἡγεμόνα τῆς Σπάρτης, τὸν δὲ πρεσβύτερον καθίστησι βασιλέα τοῖς Ἕλλησιν. Ἰωάννης δὲ ὁ τοῦ Ἀνδρονίκου παῖς, ὡς ἐπὶ τὸ ἱκανὸν τῆς ἡλικίας ἀφί- 15 κετο, συνίστατό τε τοῖς Ἕλλησι καὶ συνετίθετο αὐτοῖς ὡς ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἀφιξόμενος. ἔτυχε δὲ διαίτας ἔχων ἐν τῇ Μα- P. 19 κεδονίᾳ. οἱ δὲ Ἕλληνες ἀχθόμενοι τῇ διαίτῃ καὶ ὕβρει τοῦ βασιλέως, ὡς ἕκαστος εἶχεν αἰτίας αὐτῷ, ἐπαγόμενοι ἀπὸ Μακεδονίας τὸν νεανίαν ἐς τὴν βασιλείαν κατεστήσαντο. ὡς 20 δὲ ἐς τὴν βασιλείαν κατέστη, τὸν μέντοι Καντακουζηνὸν Ναζηραῖον ἐποιήσατο, Ματθαῖον τοὔνομα. ὁ τούτου δὲ πρεσβύτερος παῖς, ὃν ἀπέδειξε βασιλέα τοῖς Ἕλλησιν, ἀφίκετο

1. ἐστρέψατο P 7. Ἀμουράτῃ ἐξέδοτο, ἐξέδοτο μέντοι?

Pherras urbem, adversus Susmanum Mysiae regem arma cepit. tandem cum Mysiis manus conseruit; quorum interfecit paucos, cum fuga evasissent inviolati ad loca Istro proxima. Susmanus inde legatis missis ad Amuratem, qui pacem orarent, foedere icto in societatem acceptus est, ut deinceps hospes et amicus Amurati foret. hinc et affinis Amurati factus est, data in uxorem filia sua forma excellente, ex Braide, quam uxorem vulneratus duxerat, prognatam: alteram connubio iunxerat Graecorum regi, Andronico Ioannis filio. Ioannes enim regno iam expulerat Cantacuzenum, qui puerum ipsum gubernarat: cum arrepto Graecorum regno, filiorum quos habebat alterum, Emmanuelem natu minorem, misit in Pelopounesum, ut esset dux Mizithrae, quae olim Sparta; natu vero maiorem, Graecorum regem esse iubet. Ioannes autem Andronici filius, cum iam eam attigisset aetatem quae rebus gerendis idonea erat, conspiratione facta cum Graecis, rogavit ut regno praeficeretur. eodem autem tempore rex in Macedonia agebat, luxuriosiore victu et intemperantiore dissolutus. Graeci indignantes propter victus rationem dissolutiorem, et convicia regi facientes, ut quisque habebat quod crimini verteret, Ioannem Andronici filium in Macedoniam abductum communi assensu

μὲν τὰ πρῶτα ἐς Ῥόδον παρὰ τὸν ταύτῃ αὐτοῦ ἀρχιερέα, δεόμενος ἐπικουρίας τυχεῖν, καὶ ἐδεῖτο κατάγειν αὐτὸν ἐς B τὴν βασιλείαν. καὶ πολλὰ προϊσχόμενος ὥστε οἱ γενέσθαι τιμωρίαν τινά, ὡς οὐδὲν εὕρατο ἐπιτήδειον, παρῆν αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐς Πελοπόννησον παρὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἐμ- 5 μανουήλ, τὸν ἡγεμόνα τῆς Σπάρτης, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν δίαιταν ἐποιεῖτο. Ἰωάννης μὲν οὖν τῷ τε Ἀμουράτῃ νεωστὶ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβάντι ξυμμαχίαν ἐποιήσατο, καὶ τὴν τοῦ Μυσῶν βασιλέως θυγατέρα ἠγάγετο ἐπὶ τῷ παιδὶ αὐτοῦ Ἀνδρονίκῳ, ἀφ' ἧς ἐγένοντο αὐτῷ παῖδες πρεσβύτερος μὲν 10 Ἀνδρόνικος, Δημήτριος δὲ καὶ Ἐμμανουὴλ οἱ νεώτεροι, καὶ Θεόδωρος. καὶ Θεόδωρος εἵπετο τῷ Ἀμουράτῃ ὅποι ἂν στρα- C τεύηται, καὶ φόρον τε ὑποτελεῖς ἅμα ὄντες τῷ Ἀμουράτῃ, ἐπισπόμενοι ὅποι ἂν στρατεύοιτο.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ Δράγασυν τὸν Ζάρκου ἡγεμόνα 15 τὴν ἐν τῷ Ἀξιῷ ποταμῷ χώραν στρατευσάμενος κατεστρέψατο, ἐς φόρου τε ἅμα ἐπαγωγήν, καὶ αὐτόν οἱ στρατευόμενον ἕπεσθαι ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἐς τοσούτους τὸν ἀριθμὸν ἔχοντα ἱππέας. μετὰ ταῦτα Πόγδανον τὸν ταύτῃ ἡγεμόνα ὑπαγόμενος ὥστε οἱ ἕπεσθαι σὺν τῇ αὐτοῦ στρα- 20

applausuque regem designant. inito regno Cantacuzenum in Nazaraeorum sive monachorum ordinem transtulit, quem mutato nomine Matthaeum appellavit. huius senior filius, quem pater Graecis regem destinarat, in Rhodum navigat, petiturus a sacerdote summo, quem magnum magistrum vocant, qui insulam regebat, auxilium, quo adiutus recuperaret amissum regnum. multis autem nequicquam pertentatis, quibus in suas partes sacerdotem pelliceret, ut spem auxilii affulgere vidit nullam, ad fratrem suum iuniorem Emanuelem in Peloponnesum Spartae ducem iter flectit; apud quem vitae consuetudinem et necessaria habuit. Ioannes autem cum Amurate in Europam transgresso societatem contraxit, filioque suo Andronico Mysiorum regis filiam uxorem dat; ex qua sustulit filios. Andronicus quidem natu maximus, Demetrius vero et Emanuel et Theodorus natu minores erant. Theodorus autem sequebatur Amuratem, quocunque bellum avertisset. reliqui, quos modo diximus, vectigales et stipendiarii erant Amuratis, ipsumque comitari cogebantur, contra quoscunque expeditionem suscepisset.

His ita compositis exercitum contra Dragasem Zarci ducem movit, regionemque iuxta flumen Axium domuit, sibique tributariam bellique sociam effecit. ducem quoque in potestatem accepit, quem sub se stipendia facere iussit, equitum impetrata manu non modica (1373). his praeclare gestis etiam Pogdanum eo loci regnantem debellavit; quem sub se merere cum exercitu, quem habuerat, voluit.

τιᾷ, μεγάλα ἀπεδείξατο ἔργα, ἐπιείκειαν μὲν κατὰ τὴν Κύρου τοῦ Καμβύσεω ἐπιδεικνύμενος, καὶ ὡς μετριώτατά τε καὶ ἐλευθεριώτατα προσφερόμενος τοῖς ὑπ' αὐτὸν γενομένοις D ἡγεμόσι Τριβαλλῶν καὶ Μυσῶν καὶ δὴ Ἑλλήνων.

5 Κατὰ μὲν οὖν τὴν Εὐρώπην διατρίβοντι συχνόν τινα χρόνον καὶ πρὸς τούτους ἔτι διαπολεμοῦντι ἀφίκετο ἀγγελία, τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ βαρβάρων ἡγεμόνας ἀλλήλοις συνθεμένους ἀποστῆσαί τε ἀπὸ Ἀμουράτεω χώραν οὐκ ὀλίγην αὐτοῦ, καὶ αὐτοὺς στρατιὰν συλλέξαντας ὅσην ἠδύναντο μάλιστα ταρά-10 ξαι τε τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πράγματα αὐτοῦ, καὶ χώρας τῆς ἑαυτοῦ τὰ μὲν καταστρεφομένους τὰ δὲ καὶ πολιορκοῦντας οὐκ ἀνιέναι. ἐπεί τε δὴ τάχιστα ἐπύθετο, διαβὰς ἵετο ἐπὶ τοὺς P. 20 ἡγεμόνας παρασκευασάμενος, καὶ ἐς τὰ ἔσχατα πειρασόμενος, ᾗ ἐδύνατο κράτιστα, ὡς διαμαχούμενος. εὑρὼν δὲ τούτους 15 ἐν Μυσίᾳ στρατοπεδευομένους παρετάξατο ἐς μάχην. οἷα δὲ V. 16 μάχης ἐμπείρῳ πολλαχῇ γενομένῳ ἐμεμηχάνητο τοιόνδε. λέγεται γὰρ ὡς ἐπεὶ θέρους ἦν ὥρα, καὶ ἠπίστατο μεσημβρίας ἐπιγιγνομένης ἐπιπνεύσειν ἐτησίαν ἄνεμον ἀπὸ ἑσπέρας. ταύτῃ δὲ παρεγγυῶν τῇ στρατιᾷ τὸ μέρος ἐκεῖνο κατὰ νώτου λα-20 βεῖν, ἐς μάχην τε καθίστατο περὶ πλήθουσαν ἀγοράν, καὶ συμμίξας τοῖς πολεμίοις ἐμάχετο ἰσχυρῶς. μάχης δὲ ἀμφοῖν ἰσορρόπου γενομένης ἐπὶ λόφον τινὰ αὐτοῦ που λέγεται ἀνά- B

5. διατρίβοντα P 6. διαπολεμοῦντα P

* Amurates autem per omnia imitatus aequitatem Cyri Cambysis filii, maxima modestia et liberalitate tractabat duces Triballorum et Mysiorum Graecorumque, qui in suam potestatem concesserant.

Cum moratus esset longo tempore in Europa bello adstrictus, nuntiatur suos in Asia praefectos coniuratione facta Asianos solicitare ad defectionem, plurimamque regionem iam ab Amurate avertisse, conscriptisque exercitibus Asiae statum quam maxime conturbare, oppida quaedam capientes, quaedam vero oppugnantes non cessare. quamprimum haec certo accepit, transitum in Asiam parat, suosque ita instruit ut hostes quam potentissime contundere et profligare posset. cum hos deprehendisset in Mysia castra collocasse, copiis in aciem eductis tale excogitavit, ut qui esset summa rei militaris scientia praeditus, stratagema. dicitur enim, cum aestatis esset tempus fervidissimum, Etesias ventos ab Occidente spirare. ibi autem suorum ordines ita disposuit ut ventum a tergo haberent praeliantes. hinc princeps praelium iubebat, ubi hostium acies erat confertissima, irruens, et quam fortissime pugnans. cum autem praelium utrinque aequo Marte ferueret, ipse in editiorem tumulum conscendens, voce quam potuit maxima suos in hunc modum allocutus est. "o commi-

βῆναι, καὶ φωνῆσαι μέγα τοῖς ἑαυτοῦ τάδε. "παῖδες ἐμοὶ στρατιῶται, μέμνησθε ὑμῶν αὐτῶν ὅσα ἐπεπόνθειτε ἐν τῇ Εὐρώπῃ, τοσαῦτα ἔτη διαπολεμοῦντες. τί δὴ ὑποχωρεῖτε; οὐκ ἴστε ὡς τὰ πάντα ἐφ' ἡμῖν ἔσται, τούτων περιγενομένοις; ἄγετε δὴ ἐμοὶ ἕπεσθε, ὡς ἢν μὴ ἀρτίως ἕπησθε, ταχὺ 5 περιεσομένων τῶν πολεμίων ἡμᾶς." ταῦτα εἰπόντα τὸν βασιλέα ἐλαύνειν ὁμόσε τῷ ἵππῳ ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἐς τὸ μέσον στῖφος ἐμβάλλοντα· καὶ αὐτίκα ἐπιπνέοντα τὸν ἄνεμον ἀπὸ νώτου τῇ στρατιᾷ ἐνοχλεῖν ἐπὶ πρόσωπον τοὺς ἐναντίους, καὶ οὕτως ἅμα ἀλλήλοις διακελευσαμένους καὶ ἐς τὸ 10 C πρόσθεν ἰόντας καὶ βιαζομένους τέλος δὴ τρέψασθαί τε καὶ ἐπιδιώκειν ἀνὰ κράτος ἀπολλύντας τοὺς πολεμίους. καὶ διαφθαρῆναι μὲν λέγεται τὰ πλείω τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ, διαφυγόντας δὲ τοὺς πολεμίους οἴχεσθαι ἀπαλλαττόμενον ἕκαστον ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ. ἐνταῦθα διαπρεσβευσαμένους σπονδάς 15 τε αἰτεῖσθαι, καὶ συμβῆναι αὐτῷ ἐφ' ᾧ ἕπεσθαι τούτους ᾗ ἂν ἐξηγοῖτο τοῦ λοιποῦ στρατευόμενος.

Ἐν ᾧ δὴ κατὰ τὴν Ἀσίαν διέτριβε καὶ περιῄει καὶ τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καθίστη πράγματα καὶ τοῖς Τούρκων ἡγεμόσι σπονδὰς ἐποιεῖτο, Σαουζῆς ὁ πρεσβύτερος τῶν παίδων αὐτοῦ 20 ἐν τῇ Εὐρώπῃ καταλειφθεὶς ὥστε ἐφορᾶν τε τὴν ἀρχήν, καὶ ἤν τι ἐπίῃ δεινὸν ἢ χαλεπὸν κατὰ τὴν ἀρχήν, ἐπὶ τὸ δοῦναι

2. μεμνῆσθαι ἡμῶν P: corr H 18. καὶ ante περιῄει om P

litones mei, filii dilectissimi, non subit animos, quanta pericula in Europa multorum annorum durissima militia perpessi sitis? quid ceditis? an nescitis omnia in vestra fore potestate, illis superatis? agite igitur, promptis animis me sequamini. quod si cunctati fueritis, hostes nos vincent." haec locutus admisit equum in hostem, et in confertissimos hostium cuneos se coniecit, acerrime praelians; confestimque, ut praedixerat, ventus exortus est et in hostium faciem se fudit. hinc cum mutua hortatione adversum hostes procederent, maximoque impetu eos adorirentur, primum eos in fugam coniecerunt, et insequentes plurimos trucidarunt. fertur maximam exercitus eius partem ibi intercidisse. hostes autem fuga sibi consulentes singuli ad sua dispersi sunt. hinc cum legatos misissent ad Amuratem petitum pacem, haud passi sunt repulsam. hac tamen condicione pax data est, ut se, quocunque exercitus movisset, impigre sequerentur.

Ut autem pax cum Turcis in Asia facta est, etiam res in Europa interturbatae sunt. Sauzes natu maximus filiorum Amuratis in Europa relictus est, ut eam defenderet, et si qua seditio coorta esset aut periculi quid ingrueret, curaret ut Europae res in tuto colloca-

αὐτῷ ἀσφαλῶς ἔχειν, καταστησάμενος. οὗτος δὲ συνίστη τε D
καὶ τοὺς κατὰ τὴν Εὐρώπην ἀριστέας ὡς ἠδύνατο, μάλιστα
εὖ ποιῶν τε καὶ ἀνακτώμενος, καὶ τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως τῷ
πρεσβυτέρῳ παιδὶ Ἀνδρονίκῳ, ὃς οἰχομένου τοῦ πατρὸς αὐ-
5 τοῦ Ἀμουράτῃ τῷ Ὀρχάνεω ἐς τὸν κατὰ τὴν Ἀσίαν πρός τε
ἡγεμόνας αὐτοῦ πόλεμον ἐγκατελείφθη ἐν τῷ Βυζαντίῳ καὶ
ἐπετέτραπτο τὴν βασιλείαν, τούτῳ ἀφικόμενος ἐς λόγους ἔπει-
θέ τε ἀφίστασθαι ἀπὸ τῶν πατέρων, καὶ ἄμφω κατασχεῖν
τὴν πατρῴαν ἀρχήν, τὸν αὐτὸν σφίσιν ἐχθρόν τε καὶ φίλον
Isthmus universam Peloponnesum, ut in insulae formam redigatur, concludit, extendens se a mari in mare, quo spatio colligit quadraginta duo stadia. eo loci Isthmia celebrare Graeci consueverunt. extendit se ab urbe Corintho ad stadia viginti quinque. Isthmum autem accedente cum hostilibus copiis Xerxe Darii filio contra Athenienses, muro complexi sunt Peloponnesii, arcere volentes barbarum Peloponnesi accessu. postea etiam Iustinianus Romanorum imperator muro Peloponnesum inclusit. Emanuel igitur cum pax intercessisset cum Mechmete, Paiazitis filio, in Peloponnesum veniens fratrem Peloponneso praefecit, Isthmumque muro firmavit undiquaque; et tributum imperavit Peloponnesiis, quo Isthmum defendere posset. edixitque ut omnes in Isthmo convenirent: qui edicto parentes convenere, congregatique murum extruxere, cum quilibet pro se sedulo suum opus exequeretur. ubi autem ad finem deductum est aedificium illud, Peloponnesi duces capit; qui longo tempore regionem tenentes parere recusabant Graecorum ducibus, nisi quando et ipsorum ibi verteretur utilitas. captos secum Byzantium ducebat, interim diligenti custodia Peloponnesios circumdans.

Τούτους μὲν ᾤχετο ἄγων· Μεχμέτης δὲ ὡς ἐβασίλευε, χρόνου ἐπιγινομένου ἐστρατεύετο ἐπὶ τὸν Ἰσμαήλην Σινώπης ἡγεμόνα, ὅτι τῷ Μωσεῖ φίλος τε ἐδόκει καὶ ἐπιτήδειος ὡς συμβαλέσθαι ἐς τὸν καθ᾽ ἑαυτοῦ πόλεμον. πρεσβείαν δὲ πέμψας 5 καὶ ταξάμενος ἀπάγειν φόρον τὴν τοῦ χαλκοῦ πρόσοδον, (δοκεῖ γὰρ τοῦτο τὸ χωρίον τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φέρειν μόνον, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, τὸν χαλκόν) τούτου δὲ τὴν πρόσοδον παραδοὺς τῷ βασιλεῖ Μεχμέτῃ σπονδάς τε ἐποιήσατο καὶ τὸν πόλεμον κατελύσατο. P. 99

10 Πρὸς μέντοι τοὺς Οὐενετοὺς διενεχθεὶς ἐπολέμησε διά τε τὴν πρὸς τὸν Ἰόνιον χώραν τῶν Οὐενετῶν, ἐς ἣν ἐπιπέμψας στρατεύματα ἐδῄου. ἔνθα δὴ διαπρεσβευσάμενοι ὡς οὐδὲν εὕραντο ἐπιτήδειον, ἐπολέμουν αὐτῷ. δοκεῖ δὲ τοῦτο τὸ γένος παλαιόν τε γενέσθαι καὶ τῶν κατὰ τὸν Ἰόνιον εὐγενῶν 15 κράτιστον δὴ εἶναι καὶ γενναιότατον. ᾤκουν δὲ τὸ πρῶτον χώραν τὴν πρὸς τῷ μυχῷ τοῦ Ἰονίου ἀπὸ Ἰλλυριῶν καθήκουσαν ἐπὶ Ἰταλίαν, καὶ Ἐνετοὶ μὲν τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο, μετὰ δὲ ταῦτα Οὐενετοὶ ἐκλήθησαν. ὁρμώμενοι δὲ ἀπὸ τῆς ἠπείρου, τὰ μὲν προαιρέσει τὰ δὲ καὶ ἀνάγκῃ, δῃουμένης τῆς 20 χώρας αὐτῶν, ὥστε ἐν ἀσφαλεῖ μᾶλλον οἰκεῖσθαι, ἐπὶ νῆσόν τινα βραχεῖαν καὶ τεναγώδη ἀπὸ τῆς ἠπείρου ἐς πεντεκαί- V. 78 B

11. τὸν om P 15. δὲ P

Captos quidem duces secum trahens abibat Peloponneso. Mechmetes ubi ad regnum promotus est, succedente tempore expeditionem sumpsit contra Ismaelem Sinopae principem: amicus enim et socius fuit Mosis, cuius opera enixe Moses adiutus est in bello quod gessit cum fratre Mechmete. mittens itaque Ismael legatos, quibus mandarat ut dicerent se paratum esse aeris reditus omnes Mechmeti, nomine tributi assignare, si secum pacem fecisset. haec enim regio Asiae sola, quod sciam, aes profert. cum igitur aeris reditus tradidisset Mechmeti, bellum pace commutatum est.

Tandem discordia inter ipsum et Venetos exarsit, qua impulsus Venetis bellum indicit, propter regionem quae Ionium spectat; cui missis exercitibus vastitatem maximam inducebat. Veneti legatis missis, ut nihil aequi impetrare potuerunt, animos in id bellum summa vi intenderunt. apparet gentem istam admodum esse vetustam, et nobiles Iones fortitudine et generoso spiritu longo intervallo post se reliquisse. habitaverunt antiquitus regionem vergentem ad sinum Ionicum, et ab Illyrico in Italiam excurrentem. antiqui eos Enetos nuncupabant: postmodum Veneti dicti sunt. profecti autem ex continenti, partim voluntate, partim necessitate subacti, ut quorum regio vastata esset ab Attila rege, ut in maiore securitate essent in posterum, insulam quandam parvam et palustrem, distantem ab

δεκα σταδίους ᾤκησαν. ἀπὸ σμικροῦ δέ τινος ὁρμώμενοι, συλλεγομένων ἐς αὐτοὺς καὶ τῶν ἀπὸ τῆς ἠπείρου περιοίκων, ὑπὸ τῶν πολεμίων ὅτι μάλιστα κακουμένων, καὶ προσγινομένων ἀεὶ ἀπὸ τῆς ἠπείρου, ᾠκίσθη τε ὁ χῶρος οὗτος καὶ εὐνομήθη ἐς μέγα δυνάμεως. ἐχώρει δὲ ἡ πόλις αὕτη εὐνο- 5 μουμένων τε τῶν ἐς αὐτὴν συνεληλυθότων· ἀπό τε τῆς C ἠπείρου ἐπισήμων ἀνδρῶν εἴ τινα τήν τε χώραν ἀφελόμενοι οἱ πολέμιοι ἐπιδιώκοιεν, ἐνταῦθα γενόμενος ᾤκει. μεγάλης δὲ τῆς πόλεως ἐν βραχεῖ γενομένης, πολλοί τε Ἑλλήνων τε καὶ Ῥωμαίων καὶ ἄλλων συχνῶν γενῶν ἄνδρες, γένους ὄντες 10 περιφανοῦς, ἤν τις ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ μὴ εὖ φέροιτο, εἴτε ὑπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν διωκόμενοι εἴτε ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐξελαυνόμενοι, ἐς ταύτην δὴ τὴν πόλιν συνελέγοντο, ἄνδρες ἐπίσημοί τε καὶ ἀγαθοὶ καὶ παῖδες ἀνδρῶν τε ὄντες ἐπιφανῶν καὶ χώρας ἀρχόντων οὐ φαύλης. τοῦτο μὲν ἐς τὴν κα- 15 τὰ τὸν Ἰόνιον χώραν καὶ τὴν Ἑλλάδα, τοῦτο δὲ καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐξελαυνόμενοι καὶ ἐνταῦθα ἀφικόμενοι ᾤκουν δὴ D ἀσφαλέστερον. ἐχούσης δὲ τῆς πόλεως ἐμπορίαν, ὅτι μάλιστα ἀνάγκης ἀποδεικνυμένης ἐς τοῦτο τρέπεσθαι ἕνα ἕκαστον διὰ τὸ μηδαμῇ τῆς ἠπείρου τοὺς ἐποίκους ἀντέχεσθαι, μηδὲ 20 ὅσα φέρει ἡ ἤπειρος ἐργαζομένων τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ θαλάττης ἐσκομιζομένων τὰ ἐπιτήδεια ἐς τὴν πόλιν, χρήματα

19. τοῦτο τὸ τρέπεσθαι P

continente quindecim stadiis, aedificiis occupare statuerunt. initium aedificandi factum est a paucis Venetis in unum collectis. deinde accessere finitimi continenti, bellis graviter divexati. urbs autem illa usque incrementum sumebat aedificiis et legibus, cum accolae plurimi non cessarent eo confluere. crescebat quidem ea civitas mirum in modum disciplinae sanctitate, cum eo accurrerent plurimi bonis legibus enutriti, et plurimi virorum in continenti illustres eo advolarent. praeterea si quis patria fortunisque omnibus pulsus vi hostili erat, huc gressus dirigebat. urbs illa incredibile dictu est quam brevi opibus creverit et disciplina. multi Graeci et Romani, necnon alii viri clarissimo genere exorti, in patria usi haud satis prospera fortuna, aut a civibus pulsi aut ab hostibus exacti, in hanc urbem congregabantur, filii virorum illustrium, qui regebant regionem haud infrugiferam. hi quidem partim in Ioniam et Graeciam, partim vero in Italiam pulsi, in istam civitatem se recipientes securius habitabant. cum autem ea sit urbs emporium celebre, animum adiecere ad mercaturam necessario, quia continentem non attingunt, nec eorum fructuum quos continens profert ipsis copia futura erat. proinde merito mercaturae operam dederunt, ut necessaria mari subveherentur.

μεγάλα ἐργασάμενοι ἀπὸ τούτου τήν τε δύναμιν ἀξιόχρεω ἀπεδείκνυντο ἁπανταχῇ, καὶ τὴν πόλιν διῴκουν οἰκημάτων τε τῷ πολυτελεῖ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ οἰκιῶν καὶ ναῶν. τριήρεις δὲ ναυπηγησάμενοι οὐκ ὀλίγας, καὶ δυνάμεις περιβαλλόμενοι
5 ἰσχυράς, πρός τε τοὺς ἐν τῇ θαλάττῃ δυνατοὺς δοκοῦντας P. 100 γενέσθαι προσενηνεγμένοι φθόνῳ διεπολέμουν, δέει ἐπ' αὐτοὺς τὸν πόλεμον ἐπιφερόντων τῷ δοκεῖν ἐπὶ μέγα ἤδη χωρῆσαι δυνάμεως. τήν τε πρὸς τὸν Ἰόνιον χώραν ἐκπλέοντι ἐπ' ἀριστερά, ἐπ' αὐτοῦ δὴ τοῦ μυχοῦ, χώραν τε οὖσαν οὐ
10 φαύλην καὶ πόλεις εὐδαίμονας ὑπηγάγοντο. ἐπὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος ἀφικέσθαι· τούς τε παράπλους αὐτοῦ ταύτῃ καταστρεψάμενοι Κέρκυράν τε ἐχειρώσαντο σύμπασαν καὶ Εὔβοιάν τε καὶ Κρήτην καὶ Πελοποννήσου τὰς πόλεις. καὶ ἐπὶ Συρίαν δὲ ἀφικόμενοι στόλῳ, καὶ Κυρήνην πόλιν ὑφ' αὑτοῖς
15 ποιησάμενοι, μεγάλα ἀπεδείκνυντο ἔργα, πρός τε τοὺς βαρβάρους ταύτῃ πολλαχῇ διαναυμαχήσαντες, καὶ τῆς θαλάσσης τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἐπικρατήσαντες. κατά τε Εὐ- B ρώπην πρὸς τοὺς ἐν τῇ θαλάττῃ δοκοῦντας δύνασθαι ὁτιοῦν διεπολέμουν. καὶ Ἰταλίας μέντοι τῆς παράπλου οὐδὲν ὅ τι
20 καὶ ἄξιον λόγου ὑπηγάγοντο σφίσιν, ὅτι μὴ Ῥαβέννην πόλιν εὐδαίμονα τελευτήσαντος τοῦ ἐν αὐτῇ ἡγεμόνος, διὰ τὸ μὴ ἐς τὸ ὁμόφυλον ἰέναι πολέμῳ ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους δια-

6. προενηνεγμένοι P 10. ἐπὶ] ἔστε ἐπί? 15. ὑπεδείκνυντο P

cumque quilibet sedulo mercibus permutandis incumberet, brevi incredibilem potentiam sibi peperere. urbem basilicarum et domorum necnon templorum magnificentia condecorarunt. triremes extruxere non modicas, et munimentis se communiere firmissimis. deinde ambitione moti navalia committebant cum iis qui longe lateque navali gloria coruscare videbantur. etiam hi quorum potentia mari maxima erat, metuebant Venetorum lacessere arma: adeo magna his accesserat potentia. regionem autem haud infrugiferam, quae naviganti a sinu versus Ionium a sinistra est, et urbes opulentas subegerunt usque ad mare Aegaeum. huius portus omnes in potestatem redigentes, Corcyram universam in dicionem acceperunt. ceperunt Euboeam et Cretam Peloponnesique urbes. cum classe venerunt in Syriam; subigentesque Cyrenem urbem, magna militaris virtutis facta designabant, ubique cum barbaris praelia navalia facientes, et mare universum, quod est intra Herculis columnas, perdomantes. etiam pugnabant fortiter contra eos qui erant in Europa, et sibi admodum potentes videbantur. nec oratione dignum puto quod non adnavigarunt Italiae, nec sibi subiecerunt Ravennam, urbem opulentam, principe huius defuncto, quia nempe non solebant contra eiusdem gentis et cor-

ναυμαχεῖν. ἐπολέμησαν δὲ οὗτοι πρός τε τοὺς Ἕλληνας, καὶ ναυμαχίαις περιγενόμενοι τήν τε μητρόπολιν ἐχειρώσαντο ἑπισπομένων σφίσι καὶ ἑσπερίων συχνῶν, ἐξηγουμένων δ' αὐτῶν ἐπὶ τοὺς
V. 79 Ἕλληνας. καὶ ὡς τῆς ἠπείρου ἀντέχεσθαι ἤρξαντο, ἐν βρα-
C χεῖ δὴ χώραν τῆς ἠπείρου ἐκτήσαντο ἀγαθήν, καὶ ὀχυρὰν 5 τὴν πόλιν αὐτῶν παρείχοντο, κατ' ἄμφω τὼ δυνάμεε ἐπὶ μέγα αὔξοντες. πρός τε τοὺς τῆς ἠπείρου ἡγεμόνας διενεχθέντες ἐπολέμησαν ἐπὶ πολλὰς γενεὰς τὸν πόλεμον, καὶ διέφερον χρημάτων προσόδῳ τὴν πόλιν μεγάλην ἑαυτοῖς παρασκευασάμενοι. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ὑπὸ βαρβάρων βασιλέως, 10 τῆς Ἰταλίας πρὸς ἑσπέραν χώρας, [πρὸς] τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα ἐκπεσόντα τε τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως, κατήγαγόν τε τὸν ἀρχιερέα, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα πολεμήσαντες ὥστε ἐμπεδῶσαι τῷ ἀρχιερεῖ τὴν ἀρχήν, ναυμαχίᾳ τε ἐπεκράτησαν καὶ κατήγαγον. καὶ πρός τε τοὺς Ἰαννΐους, δοκοῦν- 15 τας τῆς κατὰ τὰ χωρία ἐκεῖσε καὶ τὴν πάραλον τῆς Ἰταλίας
D ἐπικρατεῖν, πόλεμον ἐξενεγκόντες μεγάλα ἀποδείξασθαι ἔργα, πολλαχῇ διαναυμαχήσαντες καὶ περιγενόμενοι. οὗτοι τοιγαροῦν τὸν πρὸς τοὺς Οὐενετοὺς πόλεμον ἀναιρούμενοι ὀλίγου δεῖν τὴν πόλιν αὐτὴν ἐχειρώσαντο, ἐπιπλεύσαντες τριή- 20 ρεσι καὶ ναυσὶν ἐπὶ τῶν Οὐενετῶν λιμένα, καὶ εἰσελθόντες κατὰ τὸ ἐπὶ Κλιζόην. πόλις δὲ αὐτῶν οἰκεῖται, ὅπῃ δὴ ὁ

5. δὲ P 8. γενεός, καὶ διέφερον τὸν πόλεμον?

poris homines bellum movere, sed contra alienigenas arma ferebant. arma etiam arripuerunt contra Graecos, quos navali praelio vicerunt, eorumque metropolim subegerunt, cum plurimi Occidentales ipsis adiungerentur. copias tamen cum ducerent adversus Graecos, continente non abstinuere, verum regionem eius non modicam et optimam suae dicioni iunxere. urbem quoque suam munitissimam praestitere, cum eam navali pedestrique potentia auxissent. discordiae ipsis intercesserant cum Epiri ducibus. proinde id bellum longius duravit. opibus excellentes, civitatem suam magnam reddiderunt opum accessu. praeterea pontificem maximum Romanum, Italia Romaque pulsum ab rege barbaro, ad pontificatum et imperium reduxerunt, victo barbaro navali praelio. etiam adversus Ianuenses, qui regiones quasdam isthic et maritimam Italiae oram tenere videbantur, bello petentes, plurima militaris virtutis facta edebant, plerumque pugnis navalibus victoriam obtinentes. at Ianuenses bellum adversus Venetos sumentes, propemodum horum urbem in deditionem acceperunt, navibus et triremibus adnavigantes, et eorum portum occupantes, ingressi eo loci ubi Clizoe sive Clodia fossa est. urbs Venetorum sita eo loci ubi lacus sive portus magnus visitur, qui longus stadiis quingentis regionem Eridano finitimam at-

λιμὴν μέγας τε ὢν καὶ πενταχοσίους σταδίους διήκων λήγει ἐς τὴν κατὰ τὸν Ἠριδανὸν χώραν· ταύτῃ γὰρ Ἠριδανός, μέγας τε τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποταμῶν καὶ ναυσὶ πλόιμος, πρὸς ταύτῃ δὴ ἐκδιδοῖ ἐς τὴν θάλασσαν. ταύτῃ δὴ οὖν εἰσελ-
5 θοῦσαι αἱ νῆες τῶν Ἰαννυΐων ἐπὶ τὸν Οὐενετῶν λιμένα P. 101 τήν τε Κλιζόην κατέσχον καὶ ἠνδραποδίσαντο. μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὴν πόλιν διεπρεσβεύοντο. καὶ ἐν ἀπόρῳ δὲ ὄντες οἱ ἐν τῇ πόλει, καὶ οὐκ ἔχοντες ὅ τι γένωνται, ὑπακοῦσαί τε τοῖς Ἰαννυΐοις ἔφασαν ἕτοιμοι εἶναι, καὶ ὡς ἂν δοκοίη αὐτοῖς ξύμ-
10 φορον εἶναι καὶ ἐπιτήδειον, πολιτεύεσθαι, καὶ αἰτεῖσθαι σφᾶς ἐκέλευον ὅ τι βούλονται, ὡς παρεχομένων ἑτοίμως αὐτοῖς ταῦτα. οἱ δὲ ὡς τὰ παρὰ τῆς πόλεως ἤκουσαν, οἰόμενοι τὴν πόλιν καταλήψεσθαι αὐθαδέστερόν τε ἀπεκρίναντο τῇ πρεσβείᾳ, φάμενοι αἰτεῖσθαι αὐτοὺς ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐξεῖναι
15 σφίσι διαρπάζειν τὴν πόλιν. οἱ μέντοι πρέσβεις ὡς ἀπεχώ- B ρησαν καὶ τὰ ἐπεσταλμένα τῇ πόλει ἀπήγγελον, ἥ τε σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος ὑπεραχθεσθεὶς τῇ τῶν πολεμίων αὐθαδείᾳ τε καὶ ἀκολασίᾳ ναῦς τε αὐτίκα ἐπλήρωσαν ὅσας ἠδύναντο, καὶ αὐτοὶ ἐς τὰς ναῦς ἐμβάντες ἀνήγοντο ἐς τὸν λιμένα. οἵ
20 τε Ἰαννυΐοι ἀντανήγοντο. καὶ αὐτίκα ἐν τῷ λιμένι ἐναυμάχησαν, καὶ οὐδὲν πλέον ἔσχον οἱ πολέμιοι. ἐνταῦθα ὡς ἀπετράποντο ἡττημένοι εἰς Κλιζόην, αὐτίκα οἱ Οὐενετοὶ ναῦν

21. ἐπετράποντο P

tingit. Eridanus enim (qui et Padus) Italiae fluvius magnus est, et naves ibi in mare exponit. hac igitur Ianuensium naves ingressae in portum Clizoen occuparunt et diripuerunt. quo facto legatos in urbem ire iusserunt. cives autem cum in ancipiti haererent discrimine, nec satis quid facerent scirent, responderunt se paratos esse facere quae imperassent Ianuenses, et eam rei publicae formam amplexuros quam ipsi praescripsissent. iusserunt quoque Ianuenses petere quae vellent, quasi ea promptissime daturi. Ianuenses ut intellexerunt Venetorum responsum, magis in spem potiundae urbis erigebantur. proinde immoderate, nulla urbis verecundia inhibiti, respondent se petere ut liceat urbem tres dies continuos diripere. legati in urbem reversi petitionem Ianuensium exponunt. senatus populusque ira percitus propter tam insolentem et immoderatam petitionem, naves, quotquot potuerunt, continuo militibus implent, navesque solventes in lacum feruntur. his obviam pergunt Ianuenses, confestimque in lacu navale praelium commiserunt, in quo penes Venetos victoria fuit. hinc cum hostes terga darent celerique fuga festinarent in Clizoen, continuo Veneti unam de numero suarum navium maximam demerserunt, ubi portus angustissimus erat; et suos portus obstruen-

φέροντες μεγίστην τῶν παρὰ σφίσι νεῶν ἐς τὸ τοῦ λιμένος στόμα, ῇ δὴ εἰσήεσαν οἱ πολέμιοι, κατέδυσαν αὐτοῦ ταύτῃ C (ἔστι γὰρ τοῦτο στενώτατον), καὶ τὸ στόμα ἐπικλείσαντες λιμῷ τοὺς Ἰαννΐους ἐν τῇ Κλιζόῃ ἐξεπολιόρκησαν. ἀπεπειρῶντο μὲν οὖν καὶ τῆς διώρυχος, ῇ ἐκ τοῦ Ἠριδανοῦ ἐς τὸν 5 λιμένα ἀφικνεῖται, διορύσσοντες ὥστε ἐκπλόϊμοι γενέσθαι ταῖς ἑαυτῶν ναυσὶν ἐπὶ τὸν Ἠριδανόν· ἀλλ' οὐχ οἷοί τε ἐγένοντο ἀνύσαι τοὔργον. ἐδόκει δὲ καὶ ὁ Παταβίου ἡγεμὼν συμβαλέσθαι αὐτοῖς ἐς τόν τε πόλεμον, διάφορος ὢν τοῖς Οὐενετοῖς. οὗτοι μὲν λιμῷ ἐκπολιορκηθέντες ὑπὸ τῆς Οὐενετῶν 10 πόλεως παρέδοσαν σφᾶς χρῆσθαι σφίσιν ὅ τι βούλονται, καὶ ταύτῃ αἴσχιστα ἀπώλοντο, οὐκέτι παρὰ τὸ δέον σωφρονισθέν- V. 80 τες. οἱ δὲ Οὐενετοὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε στρατευόμενοι ἐπὶ τὴν D Ἰαννΐων πόλιν πολλαχῇ τε ἐναυμάχησαν καὶ ἐπεκράτησαν, δύναμίν τε περιποιούμενοι τὸ ἀπὸ τοῦδε, καὶ τῆς θαλάττης 15 εἴργοντες τῆς κατ' ἐκείνην τὴν χώραν· ἔνθα δὴ ξυμφορᾷ περιέπεσεν ἡ πόλις αὕτη οὐ τῇ ἐπιτυχούσῃ διὰ τὰς ναυμαχίας ταύτας. ὕστερον μέντοι τόν τε τοῦ Παταβίου ἡγεμόνα τισάμενοι, τήν τε πόλιν ἐπολιόρκησαν, καὶ ὑπαγόμενοι τῆς ἠπείρου ἀντείχοντο βεβαιότερον ἐς σφᾶς, ἐχυροῦντες ἐς τὴν 20 ἀρχὴν τῆς ἠπείρου. καὶ πρότερον μέντοι ἀρχήν τινα ἐς τὴν κατὰ τὴν ἤπειρον κτησάμενοι, καὶ Τερβύζιον πόλιν εὐδαίμονα ἐπικτησάμενοι, προήγαγον τὴν χώραν αὐτῶν, ἐπαγομέ-

5. ῇ P

tes, fame Ianuenses in Clizoe constitutos expugnare nitebantur. tentabant obsessi fossam, qua ex Eridano in portum venitur, conantes perfodere eum locum, si quo modo possent naves in Eridanum impellere. sed opus istud haud absolvere potuerunt. Patavii dux Carrarius, Venetis infestus, Ianuenses in isto praelio adiuvit. fame igitur domiti dedidere se Ianuenses Venetis, ut secum pro arbitrio suo agerent. et quidem hic turpissime perierunt, nec nunc satis digne tractati, ut in posterum modestiae memores essent. his in hunc modum peractis, vim belli contra Ianuensium urbem vertere. cum autem ubique victoriis navalibus clarescerent, et mirabilem sibi ubique potentiam pararent, et etiam alios mari, quod eam regionem alluit, prohiberent, accidit ut Ianuensium urbs in maximam devolveretur calamitatem, ut quae navalibus praeliis nihil amplius efficere posset. postea etiam Patavii principem ulti sunt, urbem eius obsidione prementes. deinde adducti in continentem, eam constantius sibi subiicere moliebantur, ut sibi confirmarent continentis imperium. et cum antea imperium quoddam in regione continentis essent nacti, et Tervisium urbem opibus florentem suo dominio adiicientes, regionem

νων τῶν τῆς πόλεως ἔχθει τῷ σφετέρῳ πρὸς τοὺς σφῶν ἡγε- P. 102
μόνας. καὶ ὑστερούμενοι, ὡς τὸ Πατάβιον ἐχειρώσαντο τοῦ
ἡγεμόνος Καραρίων τῆς οἰκίας πρὸς τούτους διενεχθέντος,
ὁρμώμενοι ἀπὸ τούτου πόλεις τε ἄλλας οὐκ ὀλίγας κατεστρέ-
5 ψαντο τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν χώραν ἐς τὴν Λιγυρίαν, ἄλλας
τε δὴ καὶ Οὐηρώνη πόλιν εὐδαίμονα, ἐξελάσαντες τοὺς ἡγε-
μόνας αὐτῆς Κλιμακίων τῆς οἰκίας οὕτω καλουμένους, καὶ
Οὐικεντίαν καὶ Βρήξιαν, ὀλβίας τε πόλεις καὶ ἐπισήμους τῶν
νῦν κατὰ τὴν Ἰταλίαν.

10 Μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Λιγυρίας τύραννον διενεχθέν-
τες ἐπολέμουν ἐπὶ συχνὰ ἔτη. ἔστι δὲ ὁ ἡγεμὼν οὗτος οἰ-
κίας τῶν Μαριαγγελῶν, ἄρχων δὲ Μεδιολάνου πόλεως. ἦν
δὲ ἐπιτηδεύμασί τε ὀλβιωτάτη, καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ προέ- B
χει τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πόλεων, καὶ πολυάνθρωπος οὖσα πα-
15 λαιοτάτη τε δοκεῖ γενέσθαι καὶ αἰεί τε, ἐξ ὅτου ᾠκίσθη, εὐ-
δαιμονῆσαι τοῖς τε ἐπιτηδεύμασι τοῖς πολεμικοῖς καὶ ὅπλων
κατασκευῇ. μεσόγαιος δ' οὖσα ἡ πόλις αὕτη διέχει ἀπὸ θα-
λάσσης τῆς Ἰαννΐων σταδίους ἀμφὶ τοὺς ἑξακοσίους, ἀγχοῦ
δὲ οἰκεῖται τῆς Γαλατίας, ἥτις καὶ Σαβόια χώρα κέκληται.
20 ῥεῖ δὲ ποταμὸς διὰ τῆς πόλεως, καὶ ἐκδιδοῖ οὗτος ἐς Τεσίνην
ποταμὸν πρὸς Παπίῃ πόλει. Τεσίνης δ' αὖ ἐπιρρεῖ ἐς τὸν
Ἠριδανὸν πρὸς Πλακεντίῃ πόλει μεγάλῃ τῆς Λιγυρίας. οὐ-

3. διενεχθέντος H, διενεχθέντες P

praetergressi sunt, cum odio incolae urbis incitarentur adversus suos principes. cum Patavium in potestatem venisset, etiam Carrariorum e familia dux contra eos insurrexit; contra quem hostili animo procedentes, urbes non paucas Italiae et Liguriae subegere. Veronam quoque in dicionem redegerunt, urbem opulentam, expulsa Scalariorum principum familia. captae sunt Vincentia, Brixia, urbes opibus et claritate reliquis Italiae oppidis haud inferiores.

Post haec bellum ipsis fuit cum Liguriae principe, quod quidem ad multos extractum est annos. is autem princeps originem trahit ex familia Mariangelorum et Mediolano praefuit. urbs haec studiis belli et reliqua felicitate Italiae urbes longe exuperabat; et cum sit populosa, antiquissima esse creditur, nec unquam adversa fortuna esse usa, ex quo condita est. verum semper studiis belli et armorum praeparatione excelluisse constat. cum autem sit mediterranea, distat a mari Ianuensium stadiis sexcentis. sita est prope Galliam, quae Sabaudia nominatur. fluvius urbem dirimit, qui in Tesinem sive Ticinum effunditur iuxta Papiam urbem. Tesines redit in Eridanum prope Placentiam, urbem magnam. quo autem Eridanus fluat, iam ante indicavimus. familiae Mariangelorum proceres tali ex causa in prin-

τος μὲν ᾗ ἐκδιδοῖ, πρότερόν μοι δεδήλωται· λέγονται δ' οἱ C τῆς οἰκίας ταύτης ἐς τὴν Μεδιολάνου καὶ τῆς ἄλλης Λιγυρίας ἀρχὴν καταστῆναι τρόπῳ τοιῷδε. δράκων ἀπὸ ὄρεος φοιτῶν ἐς τὴν πόλιν ἀνθρώπους διαφθείρων οὐκ ἐπαύσατο, τούς τε ἐπὶ τὰ ἔργα ἀπιόντας καὶ ἐπὶ τοὺς ἀγρούς, γυναῖκα μέν, 5 ᾗ λέγεται, οὐδέν τι ποιούμενος, καὶ τούς γε ἄνδρας ἐπὶ συχνὸν χρόνον διελυμαίνετο· καὶ πολλοὶ δὴ ἐπ' αὐτὸν ἐπελθόντες πολλά τε καὶ ἀνήκεστα πρὸς τοῦ θηρὸς ἐπεπόνθεισαν. ἤνυον δὲ οὐδέν. οὗτος δὴ ὁ Μαριάγγελος, πρῶτος τῆς οἰκίας ταύτης, Βρετανὸς δὲ τὸ γένος, θεράποντα ἐξοπλίσας πανοπλίᾳ 10 καὶ αὐτὸς ἐνεδύσατο πανοπλίαν. μετὰ δέ, ὡς ᾔει ἐπὶ τὸν θῆρα, τὸν μέντοι θεράποντα χανὼν κατὰ μέσον ἐσεφόρει ἐς τὸν λαιμὸν αὐτοῦ· ὡς δ' ἤδη χανὼν οὔτε ἐντὸς λαβεῖν οἷός D τε ἐγένετο οὔτε ἐς τοὐπίσω ἐξορμῆσαι, πελέκει τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος καταίρων διέτεμε. καὶ ὁ μέντοι δράκων ταύτῃ 15 ἔπεσε, καὶ ἡ πόλις ἠλευθέρωτο τοῦ θηρὸς πολεμοῦντος αὐτῇ. καὶ οὕτω δὴ στρατηγόν τε σφίσιν οἱ τὸ Μεδιόλανον ἐνοικοῦντες ἐστήσαντο, καὶ ἡγεῖσθαι ἐκέλευον ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὡς ἄνδρα ἀγαθὸν γενόμενον. μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον ἡγεμών τε κατέστη, δορυφόρους ἔχων ἀμφ' αὐτὸν καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει 20 πείθεσθαι ἀναγκάζων. οὕτω δὴ ἄρξαντος ταύτης τῆς χώρας ἐπὶ τεσσάρας γενεὰς ἐς τὸν Φίλιππον ἡ ἀρχὴ περιῆλθε, πρὸς

21. ἄρξαντες?

cipatum Mediolanensem et in reliquam Liguriam allecti sunt. draco ex monte in urbem vadens magnam stragem hominum, qui ad opera et ad agros pergebant, facere non cessabat: mulierem tamen nullam, ut aiunt, laedebat. viris tamen longo tempore infestus erat vastando. plurimi quoque bestiam illam ut interficerent, contra eam ibant: verum nihil proficientes extrema quaeque patiebantur. tandem Mariangelus, Mariangelorum familiae princeps, natione Britannus sive Anglus, ministrum suum et semetipsum armatura, quae totum corpus tegeret, armans obviam beluae processit. ministrum igitur cum belua voraret et medium in rictu portaret, nec eum in illa demittere vel evomere posset, securi beluae caput amputavit. draco in hunc modum periit; civitasque liberata ab ista bestiâ, a qua subinde oppugnabatur, Mariangelum ducem elegit et contra hostes ire iussit, ut qui virum bonum et fortem se exhibuisset. nec multo post, ut sibi Mediolanensem principatum constabiliret et cives obedirent, satellites, quos corporis sui custodes esse voluit, delegit. quo regnante, generatione demum quarta post, principatus in Philippum devenit, cum quo Veneti bellum gerebant, creantes ad id duces viros bonos et magnam regionem gubernantes. primo quidem Carmi-

ὃν δὴ οἱ Οὐενετοὶ ἐπολέμουν διενεχθέντες, τά τε ἄλλα καὶ στρατηγοὺς ἑλόμενοι σφίσιν ἐς τὸν πόλεμον ἄνδρας τε ἀγαθοὺς καὶ χώρας ἄρχοντας οὐκ ὀλίγης. πρῶτον μέντοι Καραμινιόλαν στρατηγὸν εἵλοντο ἐπὶ τὸν Λιγυρίας ἄρχοντα. καὶ P. 103 V. 81
5 ὡς αὐτοῦ συνίεσαν καταπροδιδόντος τὴν χώραν καὶ συντιθεμένου τῷ Μεδιολάνου ἡγεμόνι, συλλαβόντες ἀνεῖλον, καὶ Φραντζίσκον τὸν Φορτίαν ἐπίκλην μεταπεμπόμενοι ἡγεῖσθαι τε αὐτῶν ἐκέλευον καὶ ἐτίμων μεγάλως, τά τε ἄλλα εὐδοκιμοῦντα καὶ πόλεις τῆς Λιγυρίων χώρας οὐκ ὀλίγας παραστη-
10 σάμενον, τήν τε ἀρχὴν τῆς ἠπείρου ἐπὶ μέγα προήγαγε δυνάμεως. ὡς μὲν οὖν πρὸς τούτους πολεμοῦντας ἀλλήλοις ξύμπασα ἡ Ἰταλία διέστη πρὸς ἑκατέρους, καὶ ὡς ἐπολέμησαν, ἐς τὸ πρόσω ἰόντι τοῦ λόγου δηλοῦταί μοι ὡς ἐγένετο. B
Ἐπάνειμι δὴ ἐπὶ τὴν Οὐενετῶν πόλιν, ὡς ταύτῃ τῇ πό-
15 λει ἐγένετο τύχη ἐπ' ἀμφότερα [τῇ πόλει ἐναλλὰξ συμβάν]. καὶ αὕτη ἐς τόνδε τὸν πόλεμον ἑλομένη ἑαυτῇ στρατηγοὺς τὰ πολέμια ἀγαθούς, ἐν δὲ δὴ καὶ ὃν ἐσήμηνα Καραμινιόλαν, κηδεστὴν γενόμενον τοῦ Λιγύρων τυράννου. τοῦτον μέντοι ὡς ἐπιβουλεύοντα σφίσι λαβόντες ἀπέκτειναν, Φορτίαν δὲ με-
20 ταπεμψάμενοι ἐστήσαντο σφίσι στρατηγὸν ἑλόμενοι. ὡς μὲν οὖν ἔργα ἀποδεικνυμένους μεγάλα τε καὶ ἄξια λόγου, ἐπὶ χίλια ἔτη εὐδαίμονας διαγενομένους, ἄλλοις πολλαχῇ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐνευδοκιμῆσαι, κατάδηλόν ἐστί, καὶ ἐμπεδῶσαι

17. ὃν H, οὓς P

niolam ducem fecerunt, quem opposuerunt principi Mediolanensi. ubi autem intellexerunt eum regionem prodere et colludere cum Mediolani duce, captum interfecerunt. et vocantes Franciscum cognomine Sphortiam ducem in locum occisi subrogarunt. magnis quoque honoribus eum affecerunt, cum etiam antea gloria multa praefulgeret et non modicas Liguriae urbes subiiceret. imperium continentis ad magnam potentiam produxit. ut autem Italia in partes abierit, quidam Venetos, quidam Ligures secuti, in sequentibus ut omnia contigerint, enarrabo.

Redeo nunc ad Venetorum urbem, quae utramque fortunam experta est. Veneti igitur elegerunt ad id bellum gerendum duces rei militaris peritia insignes, ut supra docui, inter quos Carminiolam impensius faventem rebus ducis Mediolani captum necarunt, quia eum sibi insidias struere cognitum habebant. Sphortiam accitum in locum interfecti ducem substituere. manifestum arbitror esse omnibus, Venetos praeclaris facinoribus ubique editis, mille annis usos prospero rerum successu, plurimum gloriae per universam Italiam apud omnes

C αὐτῇ τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν, ὡς ἐλάχιστα ἐσφάλλετο ὑπὸ τῶν πολιτῶν, τῇδέ πῃ ἂν κατάδηλος γένοιτο ἡ τῆς πόλεως διοίκησις, ὡς ἐν βραχεῖ διασημῆναι. ἦν γὰρ αὕτη ἡ πόλις τὸ παλαιὸν δημοκρατία, καὶ ὑπὸ δήμοις τε ἅμα ἐν ταῖς ἀρχαῖς αὐτῶν, ἃς ᾑρεῖτο, τὴν πόλιν, ᾗ ἐδόκει καλῶς ἔχειν σφίσι, 5 διῴκουν. μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἐπὶ τὰ ἔργα σφῶν οἱ δημόται ἐτρέποντο, καὶ οὐκέτι σχολὴν ἦγον ὥστε ἐπὶ τὴν διοίκησιν λόγον ποιεῖσθαι ὡς ἑκάστοτε ἀναγκάζοι βουλεύεσθαι ὁ χρόνος, ἐπιλεξάμενοι τοὺς ἀρίστους, εἴτε τύχῃ τινὶ εἴτε δὴ καὶ ψήφῳ ἑλόμενοι, οὕτω περὶ τούτου ἐς ἀριστοκρατίαν τὸ παράπαν 10 ἐτράπη, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε εἰσέτι καὶ νῦν ἀσφαλῶς διῳκημένη ἐπὶ μέγα δυνάμεως ἐχώρησε. διοικεῖται δὲ κατὰ τάδε.

D Ἔστιν ἡ μεγάλη βουλὴ καλουμένη αὐτοῖς, ἐν ᾗ ἐπὶ ἡμέρας ὀκτὼ σχολὴν ἄγουσιν. ἐν ταύτῃ δὴ τῇ βουλῇ τάς τε ἀρχὰς τῶν πόλεων αἱροῦνται, ψήφους τιθέμενοι, καὶ τὰς ἐν 15 τῇ πόλει αὐτῇ ἀρχάς, ὅπῃ ἂν καθιστῶνται. νομίζεται δὲ ἐξεῖναι, ὃς ἂν ἔτη τέσσαρα καὶ εἴκοσι γεγονὼς εἴη, εἰσιέναι ἐς ταύτην τὴν βουλήν, ἣν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν συνεχωρήθη γε εἰσιέναι, κἂν συγκλητικὸς ᾖ. εἴησαν δ' ἂν οὗτοι ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους, οἵ τάς τε ψήφους τιθέμενοι καὶ τὰς ἀρχὰς ξυμ- 20 πάσης ἤδη τῆς ἀρχῆς αἱρούμενοι. ἡγεμὼν δὲ τούτων ἐστὶν ὃν ἂν ἕλωνται, τὸν παρ' αὐτοῖς κράτιστον δοκοῦντα γενέσθαι.

17. ὃς ἂν] ὡς ἐν P

tenuisse. quod autem civitatem suam ita regnaverint, ut inviolata et intacta a seditionibus fuerit semper, decens totius urbis administratio, quam brevibus nunc describam, in causa fuit. olim democratia istam civitatem gubernabat, populusque simul cum his qui in magistratu positi erant, qua sibi consultissimum videbatur, civitatem moderabantur. postea cum ad opera populares singuli avocarentur, nec otium amplius, quando ita res monuisset, in unum conveniendi et consultandi superesset, optimos quosque isti curae praefecerunt, vel sorti vel suffragio electionem committentes. in hunc modum rei publicae forma ex democratia in aristocratiam mutata est. ex eo inde tempore civitas illa pulchre administrata maximam sibi potentiam peperit.

Habent senatum, quem magnum vocant, in quo singulis octo diebus consultant. hic senatus oppidis suffragio intercedente principes statuit. etiam urbis magistratus idem senatus decernit. lege autem sancitur, in hunc senatum licere ei ingredi qui natus sit annos viginti quattuor, et senator is sive patricius sit, nec aliqua causa extet quae ab senatu eum excludat. sunt autem viri bis mille, qui calculos ferunt et universi imperii magistratus eligunt. ducem sive principem sibi eum constituunt qui apud

φέρει δὲ οὗτος δύο ψήφους, τιθέμενος ᾗ ἂν βούλοιτο προστί- P. 104
θεσθαι. μένει δ' οὗτος ἡγεμὼν τιμώμενός τε τὰ πρῶτα ὑπὸ
τῶν συγκλητικῶν καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις ἐπιμένων, ἔχων τήν
τε δαπάνην ὑπὸ τῶν τῆς πόλεως προεστηκότων. πάρεισι δ'
5 αὐτῷ βουληφόροι ἄνδρες ἓξ τὸν ἀριθμόν, ἑταῖροί τε αὐτῷ
ὄντες καὶ τὴν τιμὴν τῆς ἡγεμονίας συγκατεργαζόμενοι, ἐπὶ
μῆνας ἓξ ἀπαλλαττόμενοι τῆς σφῶν οὗτοι ἀρχῆς. μετὰ δὲ
τὴν μεγάλην βουλήν ἐστιν ἡ βουλὴ γερουσία κλητῶν καλου-
μένη, ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους. αἱροῦνται δὴ τούτους ἤδη καὶ
10 τὰς λοιπὰς ἀρχὰς ἐν τῇ μεγάλῃ βουλῇ, ἐπιλεξάμενοι τοὺς τά-
μείνω φρονοῦντας. κἀν ταύτῃ δὴ τῇ τῶν κλητῶν ἐπονομα- B
ζομένῃ βουλῇ περί τε πολέμων καὶ εἰρήνης βουλεύονται καὶ V. 82
πρεσβειῶν, ὅ τι ἂν ᾖ δεδογμένον τούτοις, πείθεσθαι αὐτίκα
τὴν πόλιν, καὶ ἐς ὅ τι ἂν δόξῃ ταύτῃ τῇ βουλῇ, ξύμπασαν
15 τὴν πόλιν ἰέναι. ἐπὶ δὲ τοῖς τῶν ὅλων ἐγκλήμασιν ἐφεστᾶσιν
ἄρχοντες δέκα, οἵ τινες τά τε ἐγκλήματα καὶ τὰς ποινὰς ἐπι-
φέρουσιν ἑνὶ ἑκάστῳ. ἔξεστι δὲ τούτοις τόν τε ἡγεμόνα λα-
βόντας θανάτου ἀπάγεσθαι, ὑπὸ μηδεμιᾶς τῶν ἀρχῶν ἀπαι-
τουμένους τὴν αἰτίαν τῆς δίκης. διαιτεῖται γὰρ οὕτως, καὶ
20 καθίστανται ἤδη ξυμπάσης τῆς πόλεως ἐς τὰς εὐθύνας τῶν
ὁτιοῦν περί τινα ἐξαμαρτόντων ἢ περὶ τὴν πόλιν ἢ ἐς ἀλλή-
λους· ἄγονται δὲ θανάτου ὅντινα ἂν ὑπόδικον εὕρωσι. κα- C

5. ἕτεροι P 18. θάνατον P 19. διαιτηταὶ γὰρ οὗτοι?

eos ex omni numero optimus habetur. hic duos ponit calculos, quos cuicunque voluerit parti addere potest. princeps ille manet in primis a senatoribus honoratus. is in regali aula habitans victum habet: sumptus quos facit, ab his qui universae civitati praesident, capit. adsunt ei viri consiliarii sex, socii eius existentes, et in partem curarum principatus adhibentur; qui mensibus senis evolutis dignitatem deponunt. post senatum magnum alius senatus est, qui evocatorum dicitur, qui viris constat trecentis. hunc senatum creant in magno senatu, allegentes qui prudentia praestare videntur. senatus autem evocatorum de bello et pace legationibusque consultat. et ei, quodcunque visum fuerit isti senatui, civitas tota paret; et in sententiam, quam dederit, manibus pedibusque universa civitas vadit. criminibus capitalibus viros praefecere decem, qui accusent et puniant. his licet manus principi iniicere et ad necem trahere; nec est qui ausit eius causam inquirere. sic enim ordinatum est; et creantur ut delinquentes feriant. sive in civitatem sive in privatum quis quid commiserit, decem viri si cognoverint, de eo supplicium sumunt. sunt et alii iudices, qui in reliquis ius dicunt, quidam urbani, quidam peregrini. his praeposuerunt magistratum quadraginta

θίστανται δὲ καὶ ἐς τὰς ἄλλας δίκας δικασταί, τῶν τε ἐπιχωρίων ἄλλοι καὶ ἐς τοὺς ξένους ἄλλοι. ἐπὶ τούτοις ἐφιστᾶσιν ἄρχοντας τεσσαράκοντα, ἐς οὓς ἐπειδὰν αἱ δίκαι ἀνενεχθῶσιν, εὐθύνουσι τὰς ψήφους ἐς τὸ σφίσιν ὡς κράτιστα ἔχειν δοκοῦν. ἢν δὲ μὴ συμφέρωνται ἐς τὴν δίκην, ἐπὶ τὴν 5 τῶν κλητῶν βουλὴν ἀναφέρεται, κἀκεῖ πολυπραγμονεῖται καὶ τὴν ἀπόβασιν ἴσχει. εἰσὶ μὲν οὖν καὶ ἄλλαι ἀρχαὶ οὐκ ὀλίγαι τῆς πόλεως, φυλακῆς τε πέρι καθήκεσαν, καὶ ἐς τοὺς νυκτὸς ἀστασίαν τινὰ ἐς τὴν πόλιν πράσσοντας. καὶ ἀγορα- D νόμοι ἕτεροι καθίστανται, τοὺς φόρους τῶν ἐπί τινι πραγμάτων 10 καὶ ἐς τὰς προσόδους τῆς πόλεως ἀπαιτήσεις, οἱ δὴ τὰς προσόδους πράττοντες καθιστάμενοι, ἐφ' οὓς δὴ τὰ τῆς ξυμπάσης πόλεως χρήματα καὶ οἱ φόροι ἀναφέρονται. ἄρχοντες δὲ οἱ γεραιότεροί τε καὶ ἀξιώματι προέχειν δοκοῦντες καθίστανται διὰ βίου ὡς ἐργῶδες ὂν κατ' ἐνιαυτὸν λογίζεσθαι τὰς προσόδους 15 τε καὶ ἐξόδους τῆς πόλεως, ὅ τι ἂν ἀπογένοιτό τε καὶ περιγένοιτο αὐτῶν τῶν χρημάτων. ἀπὸ μὲν οὖν τούτων αἱροῦνται σφίσιν ἡγεμόνα, ἐπειδὰν σφίσι τελευτήσῃ. ἐς τὰ πρῶτα τιμῆς ἀνήκουσιν ἐς ταύτην τὴν πολιτείαν· τούς τε γὰρ θησαυροὺς καὶ τὰς προσόδους ἐφορῶσιν οὗτοι καὶ ἐπιτροπεύ- 20 P. 105 ουσι. χρηματίζουσι δὲ σφίσιν ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτῶν, σὺν τῷ ἡγεμόνι παραγενόμενοι ἔστε ἀκρόασιν πρέσβεων καὶ τῶν με-

4. ὡς] ἐπὶ τὸ ὡς P 8. καθ' ἡμέραν? an καθ' ἑκάστην?

virorum, ad quos sententias super puniendis sontibus transmittant, ut dispiciant num et ipsis sententiae optime habere videantur. si sententiae displicuerint et ipsi inter se dissenserint, negotium totum ad evocatorum senatum refertur. hic sententiae multa diligentia excutiuntur et tandem ad fidem ducuntur. sunt et alii magistratus plurimi in custodiam urbis comparati. sunt quibus negotium civitatis commissum est in eos qui defectionem aliquam sive tumultum noctu concitant. sunt et rerum venalium atque adeo totius fori praesides. alii praesident vectigalibus rerum, alii sunt tributorum et civitatis redituum exactores. quidam praepositi sunt vectigalibus et reditibus, ad quos universae civitatis opes adhibitis observatoribus deferuntur. magistratus hic constat viris aetate et honoribus gravissimis, qui per universam vitam istum magistratum retinent, quia difficile videtur accepta et expensa civitatis, quid expendatur et quid supersit, quotannis computare et singula in rationes referre. ex his sibi ducem capiunt, quando is qui rerum potitur mortuus fuerit. qui ad primum dignitatis locum evecti fuerint, ad istum tandem honorem promoventur. thesauros atque totius urbis opes et reditus inspiciunt et tutantur. eorum officium est, ubi magistratum hunc inierint, consul-

γάλων εἴτε βασιλέων εἴτε καὶ ἡγεμόνων ἀναφοράς. καὶ ἄνδρες οὗτοι ἡ τῆς πόλεως ὅλη ἐξουσία, ὀνομάζεται δὲ καὶ ἡγεμονία.

Προέχει δὲ αὕτη ἡ πόλις δυοῖν τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πό-
5 λεων, οἰκιῶν τε εὐπρεπείᾳ καὶ κατασκευῇ τῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης οἰκοδομημάτων, ὡς τὸ ἐπίπαν τῆς πόλεως, καὶ πλούτῳ τῶν ἐν τῇ πόλει ἐνοικούντων, ἅτε τῆς πόλεως ἐπὶ ἐμπορίαν ἐπιτηδείως ἐχούσης ὡς μάλιστα καὶ χρήματα εὐπετῶς πορίζομένης. κεκόσμηται δὲ ἡ πόλις αὕτη τά τε ἄλλα, καὶ
10 ἐπινείῳ ἐντὸς τῆς πόλεως ᾠκοδομημένῳ, καλλίστῳ τε ἰδεῖν B καὶ εὐπρεπεστάτῳ, ταῖς τριήρεσιν ἐξηρτυμένῳ ὡς πλείσταις καὶ πλοίοις ἄλλοις παμπόλλοις, καὶ τῇ σκευῇ τούτων ἀφθόνως τε ἐχούσῃ αὐτοῦ, ἀπό τε ὅπλων καὶ ἄλλων ὅσα ἐς χρείαν φέρει ταῖς ναυσί. διήκει δὲ ἐπὶ πέντε σταδίους, καὶ ἄνδρες
15 ὡς πλεῖστοι ἐργαζόμενοι αὐτοῦ καθ' ἑκάστην ἐς τὰς ναῦς. ἄρχοντας δὲ αἱροῦνται τοῦ ἐνιαυτοῦ δύο ἐς τὸ ἐπίνειον τοῦτο καὶ ἐς ξύμπασαν τὴν κατασκευήν. ἵπποις δὲ οὐδέν τι χρῆται ἡ πόλις αὕτη, ἀλλὰ πεζῇ τε ἐπ' ἀλλήλους φοιτῶσι καὶ πλοιαρίοις, τῇ μὲν τῆς θαλάσσης διὰ τῶν οἰκιῶν διηκούσης,
20 τῇ δὲ καὶ αὐτῶν κατεστρωμένων πλίνθοις ἁπανταχῇ τῆς πόλεως. τείχει δὲ οὐδὲν περιβέβληται ἡ πόλις.

Τὰς μέντοι ἀρχὰς τῶν σφετέρων πόλεων ἔστε τὴν ἤπει- C

5. τῶν ἐπὶ] ἐπὶ τῶν P   10. κάλλιστα P   11. ἐξηρτημένῳ P

tationibus cum principe vacare, et cum eodem legationes principum regumque relationes audire. potestas totius civitatis penes hos est; et revera principatum gubernant.

Civitas ista duobus omnes Italiae urbes antecedit, videlicet domorum magnificentia, et aedificiorum quae in mari aedificata sunt apparatu. excellit et opulentia, quae penes cives est: nam cum sit mercaturae et negotiationibus idonea, fit ut incolae plurimas hinc colligant opes. exornata est eadem urbs pulchra navium statione, quae intra urbem sita est, pulcherrima et amoenissima visu, instructa triremibus navibusque aliis plurimis. copiosus ibi est apparatus in promptu armamentorum et aliorum quae naves postulant. spatium occupat quinque stadiorum. viri complures quotidie huc commeant, operantes sedulo ut quae ad naves pertinent non desint. quotannis viros duos eligunt primarios, qui stationi illi praeficiuntur, ut ea quae ad ipsam spectant sedulo procurent. equorum nullus in ista urbe usus. pedestri itinere utuntur in congressibus mutuis. navigiorum usus apud eos frequens est, cum mare transeat per domos. praeterea urbs tota tegulis integitur, nec ullis moenibus cingitur.

Magistratus quos urbibus in Italiae continente et in maritima

V. 83 ρον τῆς Ἰταλίας καὶ ἐς τὴν παράλιον χώραν αὐτῶν, διὰ τέλους δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ αἱροῦνται. ἐπειδὰν δὲ ἐπανίωσιν ἐς τὴν πόλιν, ἤν τι μὴ ὀρθῶς πεπραγμένον ᾖ αὐτῷ τάς τε εὐθύνας δίδωσι καὶ δίκην ἐφ᾽ οἷς μὴ καλῶς πεπολιτευμένα τυγχάνει αὐτῷ. καὶ αἱροῦνται μὲν οὗτοι στρατηγὸν σφίσιν οὐκ 5 ἐπιχώριον ἐς τὰ στρατεύματα τῆς ἠπείρου, δεδιότες μὴ προσαγόμενοι τοὺς στρατιώτας περὶ τὴν ἀρχὴν νεωτερίσωσι καὶ κινδυνεύσῃ αὐτοῖς διαφθαρῆναι τὰ πράγματα. ἐς μέντοι τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάσσης οὐκ ἔχοντες ὅπως ἐπάγωνται ἀλλοτρίους, D καθιστᾶσί τε ἐκ τῶν ἐπιχωρίων αὐτοκράτορας, ἐπειδὰν πο- 10 λεμεῖν ἐξέρχωνται, καὶ ἰδίᾳ κατ᾽ ἐνιαυτὸν τὰς δέκα τριήρεις, ἃς ἐπιπέμπουσιν ἔτους ἑκάστου ἔστε τὸν Ἰόνιον καὶ ἐς τὸ Αἰγαῖον τῶν νεῶν αὐτῶν αἳ ἐπὶ ἐμπορίαν ἀφικνοῦνται ἐπὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ ὠκεανὸν καὶ Εὔξεινον πόντον. καὶ καθαιροῦντες τὸ λῃστρικόν, ὅποι ἂν περιτύχωσιν, αἱ δέκα 15 αὗται τριήρεις διατρίβουσιν ὅλον ἐνιαυτόν, ἐς ὅπερ αἱ δέκα ἀφικνούμεναι ἀπαλλάττουσι ταύτας τῆς φυλακῆς. ἐπιπέμπουσι δὲ καὶ τριήρεις ἐπὶ ἐμπορίαν ἡ πόλις, ἐξωνουμένων τῶν πολιτῶν ταύτας, ἔστε Ἀλεξάνδρειαν καὶ Συρίαν καὶ Τάναϊν καὶ ἐς τὰς Βρετανικὰς νήσους καὶ ἐς τὴν Λιβύην. εἴη- 20 σαν δ᾽ ἂν αἱ τριήρεις αὗται δύο καὶ εἴκοσι μείζους τῶν ἄλ- P. 106 λων τριήρεων, ἅ τε ἐπὶ ἐμπορίαν κατεσκευασμέναι. νομίζεται δ᾽ αὐτοῖς ἐφ᾽ ἑκάστης νεὼς καὶ παῖδας συγκλητικῶν ἀν-

11. τὰς] ἐς τάς? 13. τῶν] φυλακῆς ἕνεκα τῶν? 23. αὐτῆς P

ipsorum regione sitis decernunt, plerumque ex iis qui in magistratu sunt constituunt. ubi hi reversi fuerint, poenas dant eorum quae inique in magistratu collocati egerunt. ducem quem exercitibus continentis proponunt, non indigenam aut civem creant, veriti ne conciliatis militum animis innovationem aliquam moliatur contra principatum, rerumque summa in periculum veniat. navalibus copiis cum non possint dare imperatorem peregrinum, unum de suo corpore deligunt, qui navalia praelia capessat, cum ad belligerandum prodeunt. separatim quotannis decem triremes mittunt in Ionium et Aegaeum mare, propter naves quae in Aegyptum et in Libyam mercium gratia proficiscuntur per Oceanum et Euxinum mare. mare hoc repurgant a piratis, quos arcentes ubicunque in eos inciderint, foris morantur per integrum annum, expectantes donec decem aliae submittantur. quae si venerint, liberatae priores maris custodia domum remeant. civitas ista mittit triremes, quas cives emunt, petitum merces, in Alexandriam, Syriam, Tanaim, Britannicas insulas et in Africam. hae sunt numero viginti duae, quae magnitudine differunt a reliquis, ut

δρῶν ἐπὶ τὴν ἐμπορίαν ἀφικνεῖσθαι, μεμισθωμένους καὶ τούτους σὺν τῇ νηὶ ἐπὶ τὴν ἐμπορίαν.

Ἐξεύρηται μὲν οὖν τούτοις τοῖς Οὐενετοῖς πρὸς τὸν Λιγυρίας τύραννον διαπολεμοῦσι χρήματα τῇ τε ἄλλῃ καὶ δὴ
5 τῶν πολιτῶν ἑκάστου τῆς οὐσίας ὁ δεκατισμός, πρὸς οὓς δὴ τάττει ἡ πόλις ἐτήσιον πρόσοδον οἷα τοῦ χρέους ἀπόδοσιν. καὶ ἅττα δ' ἂν ἐπαγγέλῃ λαμβάνειν τοὺς πολίτας, τρία δὴ ἕκαστον ἐπαγγέλλει ἀποδιδόναι ἔτους ἑκάστου. οὐκ ἔστιν ὅτε ἐπὶ τοὺς παῖδάς τε καὶ ἐγγόνους οὐκ ἀφικνεῖται ἡ τοιαύτη
10 πρόσοδος. ἐξωνοῦνται μὲν ἔνιοι ταύτας ὀλίγου τινὸς παρὰ B τῶν ἐνδεῶς τοῦ βίου σφίσιν ἐχόντων, καὶ εὐδαιμονοῦσι.

Δοκεῖ δὲ ἡ πόλις αὕτη` Οὐενετῶν ἀπὸ παλαιοῦ εὐνομουμένη μηδένα φθῆναι ἐπὶ νεωτερισμὸν ἀφικέσθαι, πλὴν δὴ Βαϊμοῦνδον νεανίαν, ὀλβιώτατον δοκοῦντα γενέσθαι, ἀνακτώ-
15 μενον τὸ πλῆθος ἐπὶ τοῦτο ὡρμῆσθαι· ἀπὸ οἰκίας δέ τινος βληθέντα ὑπὸ γυναικὸς ἄνωθεν, ἐν τῇ ὁδῷ προϊόντα ἐπὶ τα βασίλεια ἐπισπομένου αὐτῷ τοῦ πλήθους καὶ δεσπότην σφῶν καὶ τῆς πόλεως ἀποδεικνυμένου, καὶ ταύτῃ βληθέντα λίθῳ ἀποθανεῖν. ὕστερον μέντοι οὐδένες ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου ἐς
20 νεωτερισμὸν περὶ τὴν πόλιν ταύτην ἐξηνέχθησαν, δεινῶς τοῦτο C φυλαττομένης τῆς πόλεως μὴ συμβῆναι αὐτῇ.

12. αὕτη] αὕτη ἀπὸ P

quae ad merces capiendas extructae sint. solent autem, ita enim consuetudo tenet, cum singulis navibus patriciorum filii ad merces comparandas proficisci mercede conducti.

Magnam pecuniae vim Veneti confecerunt, cum bellum gererent adversus Mediolani ducem, bonorum, quae cives possidebant, introducta decimatione. propter hanc civibus annuum, quasi debiti persolutionem, ordinarunt reditum; promittentes, quaecunque contulissent cives in usum belli, eorum tertiam partem singulis annis cives singulos recepturos. hic reditus ad liberos et nepotes redit. quidam hos reditus parvo pretio redimunt ab iis qui pauperem apud ipsos vitam agunt. civitas ista plane felix est.

Haec cum iam a primordio bonis legibus esset fundata, evenit ut nullus repertus sit qui seditionem aliquam, novarum rerum cupidus, in ea excitare conatus sit, praeter Baimundum adolescentem opulentissimum, qui pretio alliciens multitudinem rei publicae statum innovare parabat. In quem prodeuntem ad regiam, stipatum turba hominum maxima, qui eum dominum suum et urbis declarabant, mulier de tecto quodam lapidem iaciens eum trucidavit, atque eo loci seditiosus vitam finiit. deinceps nullus alius, qui idem moliretur, inventus est, cum civitas summa ope, ne id mali contingat, praecavere soleat.

Ὡς μὲν οὖν τῇ πόλει ταύτῃ πόλεμον ἐπαγγείλας Μεχμέτης ὁ Παιαζήτεω παῖς, καὶ τριήρεις ἐπλήρωσαν ἐπὶ ταῖς προφυλακαῖς ἄλλας ἀεὶ καὶ δύο γενομένας, ἔπλεον αὗται εὐθὺ Ἑλλησπόντου, ἡγουμένου Πέτρου τοῦ Λαυρεδάνων οἰκίας, ὃς ὕστερον καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς Ἰαννΐους στρατηγίαν ἐστρατη- 5 γηκὼς εὐδοκίμησεν. οὗτος δὴ οὖν σὺν ταῖς ναυσὶν ἀφικόμενος ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἐπὶ τῆς Καλλιουπόλεως ἀνεκώχευε μετεώρους τὰς ναῦς ἐν τῷ πελάγει, ἑκὼν μὲν οὐχ ὑπάρχων πολέμου· ἐδόκει τε γὰρ εἰρήνη τε εἶναι καὶ τὰς σπονδὰς μὴ D λελύσθαι, καὶ ἀμύνειν μέντοι ἐπηγγέλλετο αὐτῷ, ὑπάρξαι δὲ 10 V. 84 πολέμου μηκέτι. ἐδόκει τε γὰρ καὶ μὴ πολεμεῖν, τῶν πόλεων σφίσι ἐν τῇ τοῦ Μεχμέτεω χώρᾳ ὑπὸ Τούρκων μὴ κακῶς πάσχειν, ἔν τε τῇ πρὸς τὸν Ἰόνιον καὶ ἐν τῷ Αἰγαίῳ πελάγει. τούτῳ μὲν οὖν οὕτω ἐπιτέτακται ὑπὸ τῆς συγκλήτου, ἀμυνόμενον μὲν διαναυμαχῆσαι, ἑκόντα δὲ εἶναι μὴ ὑπάρξαι 15 πολέμου. ὡς δὲ ἀφίκετο ἐς τὸν Ἑλλήσποντον καὶ ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐδρεύοντο αἱ τριήρεις, ὁ τῆς Καλλιουπόλεως ὕπαρχος οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιεῖτο τοὺς Οὐενετοὺς οὕτω περιφανῶς ὑβρίζειν, ὅτι μὴ τὸν παῖδα τοῦ ἡγεμόνος τοῦ Φουσκαρέων P. 107 οἰκίας φασὶ νεωτερίζοντα ἑαλωκέναι ὑπὸ τῶν τῆς πόλεως 20

5. ὅς] ἐς P στρατηγίαν καὶ στρατηγικῶς P 8. οὐκ ἐπάρχων P 19. ὅτι μὴ] ὅτε καὶ? nisi haec de Foscaro narratio subiungenda est iis quae paulo ante de Baimundo sunt tradita.

Mechmetes igitur Paiazitis filius cum bellum Venetis indiceret, triremes, quae semper binae in propugnaculis erant, impleverunt, et recta navigarunt in Hellespontum, duce Petro familiae Lauredanorum, qui in expeditione contra Ianuenses admirabilem claritatem rebus fortiter gestis sibi paraverat. hic ubi cum navibus in Hellespontum advenisset, e regione Calliopolis vela expandens praelium haud volenti animo inire in animum induxerat. pax enim adhuc vigorem suum obtinere, nec dum foedera violata esse videbantur. erat praeterea a senatu illi imperatum ut defenderet potius, nec prior praelium exordiretur. visum enim est Venetis non hostilia facere, ne urbes ipsorum in Mechmetis regione quas habebant, aliquid mali a Turcis paterentur. hae autem sitae erant in regione quae Ionium spectat, et in Aegaeo mari. senatus igitur Venetorum mandatum huiusmodi suo duci dederat, ut non prior arma inferret, nec lacessens, verum lacessitus praelium occiperet. ut venit in Hellespontum, nec multum ab Asia naves starent, Calliopolis dux non amplius ferendos esse dicebat qui ex aperto contumeliis et iniuriis certarent. quod filius ducis e familia Phoscarorum ab decemviris captus in gravissimam necessitatem venisset quasi seditionis auctor et novarum rerum

ἀστυκῶν, καὶ ἐς ἀνάγκας ἀφικόμενον μεγάλας μηδ' ὁτιοῦν εὑρίσκειν ἐν ἑαυτῷ. καὶ τὸν μὲν νεανίαν ἐκπεπτωκέναι διὰ τήν τε ἑαυτῷ ἐπενεχθεῖσαν αἰτίαν· ὅθεν καὶ εὐφροσύνην εὐπορισάμενον κατελθεῖν. καὶ αὖθις ἁλῶναι διαφθείραντα
5 τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον ὃς ἀπῆγεν αὐτὸν προδοσίας. ἐς ἀνάγκας ἰόντα τὸν οὕτως ἐκπεπτωκότα διατρίβειν ἐν Κρήτῃ. ἐπιφερομένης δὲ αὐτὸν αὖθις αἰτίας, ἐπὶ τοῦτο μεταπεμψαμένους τοὺς δέκα τῆς πόλεως πολυπραγμονεῖν, καὶ οὐχ εὑρόντας ἀποπέμψαι τε αὖθις ἐς Κρήτην, καὶ μετ' οὐ πολὺ αὐτοῦ τε-
10 λευτῆσαι . . . . ἐς τὴν βασιλέως χώραν καὶ ἐς αὐτὸ τὸ ἐπίνειον αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐπλήρου δὲ τὰς ναῦς, ἀντανήγετο καὶ οὗτος, ἔχων τριήρεις πέντε καὶ εἴκοσι, νῆας δὲ ἄλλας ἀμφὶ τὰς ὀγδοήκοντα, ὡς δεδιττόμενος τοὺς Οὐενετοὺς τῷ βασιλέως ναυτικῷ. οὗτοι μὲν προῄεσαν ἐπὶ Προικόνησον, μετεώρους
15 ἔχοντες τὰς ναῦς αὐτοῖς· ἡ δὲ Πελοποννησία ὑπολέλειπτο ὡς ὕστερον ἀναγομένη. ἐνταῦθα ὡς ἀγχοῦ ἐγένετο τριήρης μία τοῦ βασιλέως, μετεπέμπετο ὁ ἡγεμὼν τῶν Οὐενετῶν σημεῖον ἐπάρας, κελεύων ἕπεσθαι καὶ μὴ ἐμβάλλειν. οἰόμενος δ' ὁ τῆς τριήρους ἄρχων τῆς Πελοποννησίας ὡς κελεύοι ἐμ-
20 βάλλειν, τὸ σύνθημα οἰόμενός οἱ γενέσθαι ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ, ἐμβάλλει τε τῇ τοῦ βασιλέως νηὶ καὶ καταδύει. αἱ δὲ λοιπαὶ τῶν βαρβαρικῶν νεῶν ἰδοῦσαι ὡς ὑπῆρκτο πολέμου

B 1416 d. 29 Mai. C

1. ἀστυνόμων? 4. εὐπορισάμενοι P 7. αὐτῷ?

appetens: verum quaestione habita nullum invenire crimen potuisse. adolescentem quidem evasisse illatum crimen. ex qua re non mediocris laetitia oborta est; ipseque domum rediit. deinde iterum captus est, cum interfecisset virum qui crimen proditionis ei impegerat. unde in Creta morari coactus est. tandem cum denuo proditionis reus fieret, decemviri civitatis eum accersentes, cum omnia tentarent, nec ullo modo crimen pateret, remissus est in Cretam; nec multo post ibidem vita decessit. dux igitur Calliopolis veniens in regis regionem et in navale eius, naves militibus implevit, et ducens triremes viginti quinque aliasque naves circiter octoginta, regia classe Venetis, quos contra procedebat, terrorem iniicere nitebatur. hi quidem sublatis navium armamentis progressi sunt Periponnesum, nihil metuentes hostem. navis Peloponnesiaca relinquebatur a tergo, quia postremo adducenda erat; quae, cum regia triremis appropinquasset, accersebatur. dux autem Venetorum sublato signo eam sequi nec priorem in hostem incursionem facere iubebat. Peloponnesiacae triremis dux, cum putaret se iussum irruere in hostem et propter eandem rem signum esse datum, impetum in regis navem fecit, eamque demergit. reliquae barbarorum naves cum adverterent a parte adversa

καὶ ἐς μάχην καθίστανται, ἐπείγονται ἐπαμύνειν βουλόμεναι ἐπὶ τὴν Πελοποννησίαν ναῦν. ἐνταῦθα δὴ αἱ λοιπαὶ τῶν Οὐενετῶν τριήρεις κατιδοῦσαι τὸ γεγονός, ὡς ἐπὶ τὴν σφετέραν αἱ βαρβαρικαὶ νῆες ἐπείγονται, ἀντανήγοντο καὶ αὗται ἐπὶ ναυμαχίαν. καὶ ὡς ἐναυμάχουν, διέκπλουν τε ἐποιήσαντο, καὶ καταδύσαντες ναῦς τέ τινας καὶ ζωγρήσαντες τὰς λοιπὰς ἐς τὴν γῆν ἐτρέψαντο καὶ ἐνίκησαν Οὐενετοί, ναῦς λαβόντες τῶν βαρβάρων τρισκαίδεκα, κενὰς δὲ τὰς πλείους· οἱ γὰρ Τοῦρκοι, ὡς ἁλίσκοιτο ἡ ναῦς, ἐς τὴν θάλατταν ἔπιπτον καὶ ἐξένεον ἐπὶ τὴν γῆν. ἐνταῦθα ὡς ἤδη πόλεμον τοῖς Οὐενετοῖς ἀνελομένοις πρὸς βασιλέα Μεχμέτην, τήν τε Λάμψακον πολιορκίᾳ παρεστήσαντο καὶ φυλακὴν ἐγκατέλιπον, καὶ αὐτοὶ ᾤχοντο ἐπ' οἴκου ἀποπλέοντες. ἐνταῦθα μέντοι οἵ τε Οὐενετοὶ τοῦτον τὸν στρατηγόν, ὃς περιεγένετο τοῦ τῶν βαρβάρων στόλου, ἤγοντο θανάτου ὡς πρότερον ὑπάρξαντα ἀδικίας καὶ λελυκότα τὰς σπονδὰς παρὰ τὰ ἐπεσταλμένα αὐτῷ. καὶ ἐν δίκῃ γενόμενος παρὰ δικασταῖς ἀπελύθη μὴ αὐτὸς πρότερος ὑπάρξαι τοῦ πρὸς βάρβαρον πολέμου. μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον διεπρεσβεύσαντο καὶ σπονδὰς ἐποιήσαντο.

Ἐς τούτους μὲν οὖν οὕτως ἔσχε τῷ βασιλεῖ Μεχμέτῃ· τοῖς δὲ Ἕλλησιν ἐπιτήδειός τε καὶ συνήθης ἠξίου θεραπεύειν ὅτου ἂν δεήσαιντο παρ' ἑαυτῷ δι' αἰτίαν τήνδε. Μουσταφᾶς

occeptum praelium, et ipsae ad praelium se convertebant; festinantque impetum in Peloponnesiacam navem dantes resistere fortiter. Veneti ut viderunt quod parabatur, videlicet classem hostilem incursare in Peloponnesiacam triremem, ipsi quoque ad navale certamen accingebantur. interim dum ferveret praelium, navigabant per omnes hostium naves, quasdam remis ad litus agentes. Veneti in hunc modum victoria potiti sunt, capientes naves barbaricas tredecim, plerasque tamen vacuas: nam Turci ubi senserant naves, in quibus erant, iam capiendas, in mare se abiiciebant et in terram enatabant. eodem tempore cum armis urgerent Veneti Mechmetem, Lampsacum obsidendo in dicionem acceperunt; ibique praesidio relicto domum reversi sunt. Veneti ducem illum qui praelia secunda contra barbaros fecerat, reversum capitis accusabant. crimini dabatur, quod prior praeter ius et aequum, et praeter magistratus imperium, praelium iniisset foederaque fregisset. cum in hunc modum capitis anquireretur, crimine absolutus est ut qui praelium haud prior incepisset. nec tempore multo interposito legationes ultro citroque missae inter utrosque pacem icto foedere sanxerunt.

Mechmetes quidem, quemadmodum accepimus modo, erga Venetos affectus erat. Graecis vero erat perquam familiaris, eosque colere cu-

γάρ τοι ὁ τῶν Παιαζήτεω παίδων, μιμησάμενος Μωσέα τὸν ἀδελφόν, καὶ πρὸς τὸν Σινώπης ἄρχοντα πολέμιον ὄντα τῷ ἀδελφῷ Μεχμέτῃ ἀφικόμενος, καὶ ὅρκια ποιησάμενος ὥστε ξένους εἶναί τε καὶ φίλους ἀλλήλοις, καὶ πρὸς τὸν Δακίας 5 ἡγεμόνα διαπρεσβευσάμενος, ὡς αὐτὸν ἄσμενος ὑπεδέχετο καὶ B τἄλλα ὑπισχνεῖτο συγκατεργάζεσθαι τὰ ἐς τὴν βασιλείαν, διέβη τε εἰς τὴν Δακίαν Μουσταφᾶς, καὶ χρόνον αὐτόθι διατρίψας συχνόν, ἔχων ἄνδρας τριακοσίους ἔπρασσε πρὸς τοὺς Τούρκων ἀρίστους, μετιὼν ἕκαστον. ὡς δ' οὐδὲν προεχώρει 10 (ἦν γὰρ Μεχμέτης τά τε ἄλλα ἐπιεικὴς καὶ ἐς τὸ θεραπεύειν τοὺς ἀρίστους τῶν Τούρκων οὐκ ἀδόκιμος, τρόπου τε ἡσυχίου, ψευδῆ τε παῖδα ἐνέφηνεν εἶναι τοῦ Παιαζήτεω τὸν Μουσταφᾶν, καὶ ὡς οὐδαμῇ καταφανῇ σχόντες τὴν διατριβὴν αὐτῷ· τὸν δὲ παῖδα τούτου τελευτῆσαι παρ' ἀνδρὶ ἐπι- 15 τηδείῳ καὶ τὸν τρόπον δικαιοτάτῳ, ὃς ἀφῖκτο παρ' ἑαυτὸν C τὸν θάνατον τοῦ παιδὸς διασημῆναι), ἐνταῦθα Μουσταφᾶς, ὡς οὐδὲν αὐτῷ κατὰ νοῦν ἀπέβαινεν ἀπὸ Δακίας, καὶ οἰόμενος ἑαυτῷ ἄμεινον ἐξεῖναι, ἢν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἀφίκηται, ἐν μέσῳ τῆς ἀρχῆς Μεχμέτεω ἱδρυμένος, ἐλαύνει ἀπὸ Δα- 20 κίας διαμανὴς τῆς Θρᾴκης ἐπὶ τὴν Θέρμην, πόλιν Ἑλληνίδα. καὶ ἐς λόγους ἀφικόμενος τῷ Ἑλλήνων ἄρχοντι εἰσῄει τε εἰς

13. σχόντα H 20. διὰ μέσης?

piebat in omnibus quaecunque petiissent, haud gravatim largiendo. familiaritatis autem eius causa, quam nunc dabimus, erat. Mustaphas unus e numero filiorum Paiazitis, imitatus Mosen fratrem, ad Sinopium ducem, qui hostis erat Mechmetis, perveniens, iuramenti religione interposita se invicem amicos et hospites in posterum fore confirmabant. deinde cum legatos misisset ad Daciae ducem et amice ab eo foret acceptus, pollicereturque se ipsi suppetias laturum in regno quod averet acquirendo, in Asiam abire decrevit. cum in Asia longo tempore moratus esset, habens secum viros trecentos, haud cessabat ambire Turcorum optimum quemque et ad defectionem pellicere. cum res parum succederet, angebatur maxime. nam Mechmetes aequitatis amantissimus erat, et egregie optimates Turcorum colere norat, moribusque erat tranquillus et placidus. hic dicebat Mustapham haud legitimum, verum suppositicium esse Paiazitis filium, ut qui nullo vel parvo indicio patrem et fratres repraesentaret. filium Paiazitis Mustapham excessisse e vivis, seque Mustaphae veri filii Paiazitis mortem accepisse a viro integerrimo et iustissimo, qui sibi eam pro certo nuntiarit. Mustaphas, cum coeptis parum succederet, abiit ex Dacia; et res suas meliore statu fore credebat, si se contulisset ad Graecos, sic in medio Mechmetis regno constitutus. iracundo itaque animo, relicta Dacia, per Thraciam contendebat

